




Wm Territt. LLD.

W Territt
Ex dono Alex. Croke
Equitis & LLD

POGII FLORENTINI ORATORIS CLARISSIMI FACETIARVM.

The Earl of Granard's
A, C, H.

¶ Pogii florentini oratoris clarissimi facetiarum Liber incipit fœliciter.



VLtos futuros esse arbitror: qui has nostras confabulationes: tum ut leues & uiro graui ĩdignas repræhendant: tum in oratorem dicẽdi modum & maiorem eloquẽtiam requirant. Quibus ego si respõdeam legisse me nostros prudentissimos: ac doctissimos uiros facetiis iocis: & fabulis delectatos: nõ repræhensionem: sed laudem meruisse: satis mihi factum ad illorum existimationem putabo. Nam qui mihi turpe esse putem hac in re: quãdo quidem hac in cæteris nequeo: illorum imitationem sequi: & hoc idem hac in cæteris nequeo: illorũ imitationem sequi: & hoc idem tempus quod reliqui in circulis: & cœtu hominum confabulando conterunt in scribendi cura consumere: præsertim cum neq; labor inhonestus sit: & legentes aliqua iocunditate possit afficere. Honestũ est enim ac ferme necessarium: certe quod sapientes laudarunt mẽtem nostram uariis cogitationibus ac molestiis opprællam. Recreari quandoq; a continuis curis & eam aliquo iocandi genere ad hylaritatem remissionemq; conuerti. Eloquentiam uero in rebus infimis uel in his in quibus ad uerbum uel facetiæ exprimendæ sunt: uel aliorum dicta referenda quærere hominis nimium curiosi esse uidetur. Sunt enim quædam quæ ornatius nequeant describi: cum ita recensenda sint quemadmodum ea protulerunt hii qui in fabulationibus coniiciunt. Existimabunt aliqui forsan hanc meam excusationem ab ingenii culpa esse profectam: quibus ego quoq; assentio: modo ipsi eadem ornatius politiusq; describant quod ut faciant exhortor: quo lĩgua latina etiã leuioribus in rebus hac nr̃a ætate fiat opulentior. Proderit enim & ad eloquentiam & doctrinam ea scribendi exhortatio. Ego quidem experiri uolui: an multa quæ latinæ dici difficulter existimantur non absurde

scribi posse uiderentur: in quibus cum nullus ornatus: nulla amplitudo sermonis adhiberi queat: satis erit ingenio nostro si non in contione omnino uidebuntur a me referri: uerum sa cessant ab istarum confabulationum lectione: sic enim eas ap pellari uolo qui nimis rigidi censores aut acres existimatores rerum existunt. A facetis enim & humanis sicut lucilius a con sentinis & tarentis legi cupio. Quod si qui rusticiores erunt non recuso quin sentiant quod uolunt: modo scriptorem ne culpent qui ad leuationē aī hoc & ad īgenii exercitiū scripsit.

¶ De Caietano paupere nauclero.



Aietani qui e plebe sunt: ut plurimū nauigo uictū quærunt. Nauclerus ex eis admodum pauper: cum ad uaria loca lucri causa: relicta domi uxore iuuēcu la & tenui suppellectile nauigasset: post quintum ferme annū rediit e naui euestigio ad uisendam uxorem: quæ interim ui ri reditum desperans cum alio consueuerat domum proficisci tur. Ingressus cum eam maiori ex parte instauratā in meliusq; auctam uidisset admiratus uxorē quæsiuit quomodo domun cula antea informis esset perpolita. Respondit statim mulier sibi in ea re eius qui omnibus fert opem dei gratiam & auxi lium affuisse. Benedicatur inquit uir deus pro tanto hoc be neficio erga nos suo: uidens insuper cubile lectum ornatiorē reliquamq; suppellectilē mundam ultra q̄ feret uxoris condi tio: quom percōtatus esset unde illa quoq; ꝑuenissent & dei indulgentiam illa sibi subministrasse asseuerauit: gratias item uir deo egit qui tam liberalis in se fuisset: eodē modo & aliis quibusdam quæ noua domi & insueta uidebantur conspecti us: cum largitoris dei munificentiā affuisse diceret. Virq; ipse tam profusam egra se dei gratiam admiraretur superuenit sci tulus puer triēnio maior blandiēs ut mos est puerorū matri: conspicanti hunc marito sciscitātiq; quisnam puer esset suum etiam uxor respondit. Stupenti quærētiq; uiro unde se absen te puer ꝑuenisset dei quoq; in eo acquirēdo sibi astitisse gra

tiam mulier affirmauit: tũc uir indignatus diuinã gratiã ẽẽ in procreandis filiis ſibi adeo exuberaſſe. Malas iam inquit gratias deo habeo agoq; qui tot cogitationes ſuſcepit de rebus meis. Viſum eſt homini deum nimium curioſum fuiſſe: qui etiam de comparandis ſe abſente liberis cogitarit.

¶ De medico qui dementes & inſanos curabat.

PLures colloquebantur de ſuperuacua cura ne dicam ſtultitia eorum qui canes ac accipitres ad aucupium aiunt: tum paulus quidam florentinus recte hos inquit riſit ſtultus mediolanenſis: cum narrari fabulam poſceremus fuit inquit olim ciuis mediolani dementium: & inſanorum medicus qui ad ſe delatos infra certum tempus ſanandos ſuſcipiebat. Erat autem curatio huiuſmodi: habebat domi aream: & in ea lacunam aquæ fetidæ atq; obſcenæ in quam nudos ad palum ligabat eos qui inſani adducebantur: aliquos uſque ad genua: quoſdam inguine tenus: nonnullos profundius pro inſaniæ modo: ac eos tandiu aqua atq; in edia macerabat quoad uiderentur ſani. Allatus eſt iter cæteros quidam quem uſq; ad femur in aquã poſuit: qui poſt quindecim dies cœpit reſpicere ac curatorem rogare ut ex aqua reduceretur. Ille hominem exemit a cruciatu: ea tamen conditione ne areã egrederetur: cui cum diebus aliquot paruiſſet ut uniuerſam domum perambularet: item ut exteriorem ianuam non egrederetur permiſſit reliquis ſocius qui plures erant in aqua relictis paruit diligenter medici mandatis. Stans uero aliquando ſuper hoſtium: neq; enim egredi audebat timore lacunæ aduenientem equeſtrem iuuenem cum accipitre & duobus canibus ex his qui ſagaces dicuntur ad ſe uocauit rei motus nouitate neq; enim quæ ante in inſania uiderat tenebat memoria: eum acceſſiſſet iuuenis heus tu ĩquit ille auſculta oro me paucis: ac ſi libet reſponde: hoc quo uehens quid eſt: & quãobrẽ illud teneo. Equus eſt inquit & aucupii gratia: tum deinceps hoc uero quod manu geſtas quid uocat: & qua in re illo ute-

ris. Accipiter respõdit & aucupio aptus quęquedularum aut perdicũ: tũ alter hi qui te comitãtur qui sunt aye & qd ꝓsunt tibi. Canes ait & aucupio accõmodati ad iuestigãdas aues: he aũt aues quaꝝ capiendarum causa tot res paratas: cuius sunt ꝑcii si in unum cõferas totius anni capturam parũ quid nescio cũ respõdisset & ꝙ sex aureos nõ excederẽt: subdit homo quæ nam est equi canũ ꝙ & accipitris ipensa: quinquaginta aureorum affirmauit: tum admiratus stultitiam equestris iuuenis: ho ho inquit abi hinc otius oro atq; adeo aduola anteq̃ medicus domũ redeat: nã si hic te cõpererit ueluti insanissimũ omniũ qui uiuant in lacunam suam coniiciet curandũ cũ cæteris mentecaptis atq; ultra oẽs usq; ad mentem in aquã summam collocabit: ostendit aucupii porro studium summã esse amentiam: nisi aliquando & ob opulentis & exercitii causa fiat.

¶ De Bonacii pigritantis disputatione.

BOnacius adolescens facetus ex familia Guasconum dum essemus constantie: ac modum tarde surgebat electo cum socii eam tarditatem culparent: quidue tandiu in lecto ageret percontarentur: subridens respondit: litigantes: disceptãtesq; ausculto. Adsunt enim mane mihi euestigio cum expergiscor due habitu muliebri sollicitudo: uidelicet & pigritia quarum altera surgere hortatᷣ: & aliquid operis agere: neq; diem lecto terere: altera priorem increpans qescendum asserit: & propter frigoris uim in calore lecti permanendum indulgendumq; corporis quieti: neq; semper laboribus uacãdũ prior insup rõnes suas tuetur: ita ut cũ diutius disputent atq; altercẽtur: ego tanq̃ equus iudex nullam in partẽ declinans audio disputantes expectãs quoad sint sententia cõcordes hoc fit ut surgã tardius expectans litigii finem.

¶ De iudeo nonnullorum suasu christiano facto.

IVdeum cum multi hortarẽtur ad christi fidem egre ille bona sua dimittebat surdebãt: & plures ut ea daret pauperibus quoniã secũdũ euãgelicã sñiam quæ

esset uerissima centuplum esset recepturus psuasus tādem ad fidem cōuersus est: distributus īter pauperes egenos: & mēdicos bonis inde per mensem hospitio exceptus est honorifice a diuersis christianis cum ei oēs blandirentur & laudarentur factum: ille tamen qui præcario uiueret expectabat in diem cētupli ꝓmissionem: & tamē multos societas cibādi hoīs cepisset iāq; rarus inuitator reperiretur cepit hō ad modum egere ita ut ei necesse esset diuertere ad hospitale quoddam in quo morbo correptus ad extremū uite deuenit: cū sanguis per posteriora efflueret: disperās itaq; salutē & simul diffusus pollicitationis centupli ex anxietate quidā acrem querēs egressus est lectum ad successum uentris in pratuum propinquum ubi cum constitisset quæsitis post egestionem ad tergendum: an in herbis inuenit inuolutum lineum refertum lapidibus ꝑciosis quare dictor factus adhibitis medicis conualuit atq; domo empta: & possessionibus uixit postmodum in summa rerum opulentia. Cum ergo diceretur ab omnibus: ecce nonne uerū prediximus tibi deum centuplum redditurum. Reddidit inquit ille: sed tamen prius ut usq; ad iteritum caccarem sanguinem permisit: dictum contra eos qui tardi in beneficio dādo aut reddendo existunt.

¶ De hoīe īsulso qui existimauit duos cūnus in uxore.

HOmo nostris rusticanus & haud multū prudens certe in coitu mulierum rudis: sumpta uxore cū illa aliquādo in lecto renes uerso uirum uoluens nates in eius gremio posuisset erecto telo uxorē casu cognouit: admiratusq; postmodū & rogans mulierem: an duos cunnos haberet: cum illa annuisset ho ho inquit unus mihi satis est alter uero superfluus: tū calida uxor quæ a sacerdote parrochiano diligebatur: possumus īquit ex hoc altero elemosinam facere demus eū ecclesie & sacerdoti nostro cui hæc res erit gratissima & tibi nihil oberit cū unus sufficiat tibi: assentit uir uxori & in gratiā sacerdotis & ut se onere superfluo leuaret. Igitur

eo uocato ad cenā causaqꝫ exposita cum sumpto cibo lectum unum tres ingrederētur ita ut mulier media esset: uir anteriori parte: posteriori alter ex dono uteretur: sacerdos famelicus cōcupitiqꝫ cibi auidus prior agreditur aciē sibi cōmissam qua in re uxor quoqꝫ submurmurās strepitū quendā edebat: tunc uir timens ne partes suas agrederetur: serua inquit amice iter nos conuenta & tua portione utere meā intactā relinquens: huic sacerdos: det mihi gratiā deus īquit: nam tua puifactio: ut bonis tantū ecclesie uti possim: his uerbis acquiescens stultus ille quod ecclesie concesserat libere uti iussit.

¶ De uidua accensa libidine cum paupere.

HYpocritarum genus pessimum est omniū qui uiuāt cum de his semel in cœtu me presente exortus sermo esset: diceretur qꝫ omnia hypocritis redūdare: qui cū dignitatum atqꝫ honorum ambitione ardeant tamen simulādo ac dissimulando agunt ut non sponte sed inuiti ac superiorum præcepto honores assequi uideantur: tum quidā ex astātibus dixit eos similes paulo cuidam beato qui habitabat pisis unus ex eis qui uulgo apostoli uocantur quorum est consuetudo sedere ad hostium domus nihil petentes. Cum ut nobis exponeret quis: is fuisset rogaremus: paulus inquit qui ꝑpter uite sanctimoniā: beatus uulgus cognominabat̄ sedit aliquando cuiusdam uidue ad hostium quæ sibi cibum præbebat in elemosinam: illa conspicata sepius uirum: erat enim formosus exarsit in paulum ciboqꝫ dato rogauit ut postridie rediret se curaturam ut bene pranderet: cum freqūes domum mulieris accessisset ille tandem rogauit hominem ut intus accederet ad sumendum cibum annuit hic: & cum opipere uentrem cibo potuqꝫ farsisset: mulier libidinis impatiens uirū amplectitur osculaturqꝫ asserens non inde habiturum priusq̄ se cognoscat ille reluctanti similis ac detestans mulieris fruentē cupiditatem: cum illa obsenius instaret tandem cedens uidue importunitati posteaquā īquit tantum malum patrare cupis:

teſtor deum tuum opus erit ego procul a culpa abuſum: tu ip
ſa inquit cape hanc maledictam carnem: iam enim uirga ere-
cta erat & ipſamet utere ut libet: ego enim eam hodie minime
tangam ita inuitus mulierem ſubegit: licet propter abſtinen-
tiam non tangeret carnem ſuam totum peccatum tribuens
mulieri.

¶ De equeſtre palleato.

Bam ſemel ad pontificis palatium tranſibat quidam
e noſtris: palleatis equeſter & forſan implicitus curis
hunc quiſpiam cum detecto capite uereretur: non
animaduertit epiſcopus: at ille ſuperbia aut rogantia factum
exiſtimãs hic inquit aſini iui medietatem nequaq̃ reliquit do-
mi: totum enim ſecum defert ſignificans eum eſſe aſinũ qui
ſe reuerentibus non reſponderet.

¶ Dictum Zuchari.

Erambulantes aliquãdo urbẽ uir facetiſſimus omni
um qui uiuerent Zucharus: egoq; puenimus ad lo-
cum ubi celebrabãtur nuptie poſtridie quẽ ſpõſa do
mum uenerat: ſtetimus paululum animi relaxãdi gratia reſpi-
cientes una pſallẽtes: uiros ac mulieres: tũ ſubridens Zucha
rus iſti ĩquit matrimoniũ conſumarunt: ego iam patrimoniũ
conſumpſi facete in ſe ipſum dixit: qui uẽditis paternis bonis
patrimoniũ omne cõmedendo laudãdoq; conſumpſerat.

¶ De prætore.

Vidã iturus florẽtiã prætor: qua die urbẽ introiit ha
buit de more in maiori templo coram prioribus ciui
tatis ſermonẽ lõgum ſane & moleſtũ: nam ordiri in
ſuã cõmendatiõem cœpit ſe fuiſſe antea romæ ſenatorem ubi
quicquid ab ſe item ab reliquis in ſuã laudẽ honorẽq; dictum
factum ue extiterat prolixo ſermone explicauit. Exitum dein-
ceps ex urbe comitatumq; receſuit: primo die ſutrium contu-
liſſe ſe dixit & quæ ibi ſe acta erant ſingulatim: tũ dietim quo
in loco hoſpitione fuiſſet ac quicquid ab eo geſtum quaq; de

re esset narrauit: pluries hore hac in oratione transierant: & nondum peruenerat senas: cum omnibus sermonis odiosi lõgitudo infensa esset neq; finis fieret dicendi. Videretur autẽ ille uniuersum diem in his fabulis consumpturus cum iã nox appropinquaret: tum unus ex astantibus iocabundus ad aurem prætoris accedens: domine inquit hora iam tarda est sustinetis iter oportet: nam nisi hodie florentiam ĩtraueritis cũ hodiernus dies sit uobis constitutus aduenienduum: officium hoc amittetis: hoc intellecto stultus homo ac loquax tandem retulit se florentiam uenisse.

¶ De muliere quæ uirum defraudauit.

Petrus q̃dã contribulus meus: olim mihi narrauit fabulam ridẽdam & uersutia dignã muliebri. Is rẽ habebat cũ fœmina nupta agricolæ haud multũ prudenti & is foris in agro sepius ob pecuniã debitã ꝑnoctabat. Cum aliq̃do amicus ĩtrasset ad mulierẽ uir ĩspiratus rediit in crepusculo tum illa subito collocato subtus lectum adultero in maritum uersa grauiter illum ĩcrepauit: q; redisset: asserens uelle eum degere in carceribus: modo inquit prætoris satellites ad te capiendum uniuersam domum ꝑscrutati sunt: ut te abriperent ad carcerẽ cum dicerem te foris dormire solitum abierunt cõminantes se paulopost reuersuros. Quærebat homo perterritus abeundi modum: sed iam portæ opidi clausæ erant: tum mulier quid agis infœlix si caperis actum est. Cum ille uxoris consilium tremens quæreret: illa ad dolum prõpta ascẽde inquit ad hoc columbarium: eris ibi hac noctæ ego hostium extra concludam & remouebo scalas ne quis te ibi esse suspicari queat. Ille uxoris paruit cõsilio. Ea obsecrato hostio ut uiro facultas egrediendi non esset amotis scalis hominem ex ergastulo eduxit: qui simulans lictores prætoris iterum aduenisse magna excitata turba muliere quoq; pro uiro loquente ingentem latenti timorem incussit: sedato tamen tumulto in lectum protecti ea nocte ueneri operam dederunt: uir deli-

tuit inter ſtercora & columbos.

De ſacerdote ſolemnitatem palmarum ignorante.

BEllum oppidum eſt in noſtris appennini montibus ad modum ruſticanum: in eo habitabat ſacerdos rudior atq; indoctior icolis: huic cum ignota eſſent tēpora anniq; uarietates: nequaquā indixit quadrageſimam populo ſuo. Venit hic ad terram nouam ad mercatum ſublato ante ſolemnitatem palmarum cōſpectiſq; ſacerdotibus oliuarum ramos ac palmulas in diem ſequentem parantibus admirans quidnam id ſibi uellet cognouit tūc erratū ſuum & quadrageſimā nulla obſeruatione ſuorum tranſiſſe. Reuerſus in oppidum & ipſe ramos palmaſq; in poſterū diem parauit qui aduocata plebicula hodie inquit eſt dies quo rami oliuarum palmarūq; dari ex conſuetudine debent: octaua die paſca erit hac tum hebdomoda agenda eſt penitentia: neq; longius habemus hac anno ieiuniū: cuius rei cauſam hanc cognoſcite. Carnis priuiū hoc anno fuit tardum ac lentum ꝙ propter frigora & difficultatem itinuerum hos mōtes nequiuit ſuperare ideo & quadrageſima adeo tardo ac feſſu gradu acceſſit ut iā nil amplius q̄ hebdomadam unam ſecum ferat: reliquis ī uia relictis: hoc ergo modico tempore quo uobiſcum manſura ē. confitemini & penitentiam agite omnes.

De ruſticis nunciis interrogatis an uellēt crucifixum uiuum uel mortuum ab opifice.

EX hoc quidem opido miſſi ſunt quidam aretium ad emendum ligneum crucifixum qui in eorum eccleſia poneretur deducti ad huiuſmodi rerum opifica quēdā cū rudes & ueluti ſtipites eſſent opifex riſus materiam auditis hoibus q̄rēs: uiuū ne an mortuū crucifixū uellent poſtulauit: illi ſumpto paulo temporis ad conſultādum ſecreto collocuti: demum reſpōderūt ſe uiuū malle nā ſi eo modo ſuo populo non placeret ſe illum eueſtigio occiſuros.

Dictum coci duci mediolanenſi habitum.

DVx mediolani senior princeps in oibus rebus elegantie singularis: habebat cocũ egregiũ quẽ usq; ad gallos ad pdiscẽda obsonia miserat: bello qd ingẽs cum florẽtinis dux habuit: cũ ei aliquãdo nõ satis psper nũcios ad uenisset admodũ turbauit ducis mẽtem oblatis postmodum ad mensam epulis sapores nescio quos cum dux improbasset: epulas insuper ut non rite conditas esset aspernatus accitum cocum ueluti ignarum artis aspere increpauit: tum ille ut erat liberior in loquendo. Si florentini inquit tibi gustum atq; appetitum auferunt quæ mea est culpa: & cibi enim mei sapidi sunt & summa arte compositi: sed te nimium concalefaciũt & appetitum auferunt florentini: risit ille ut erat humanissimus coci facetam in respondendo libertatem.

Eiusdem coci dictum ad prelibatum principem.

IDem cocus bello insuper uigente iocatus ad mẽsam ducis: cum uideret eum anxium atq; afflictum curis non mirum esse inquit illum torqueri nã duo ipossibilia dux conatur: unum ne habeat confinia: alterum ut piguem reddat Francischum barbauarem hominem opulentũ summaq; cupiditate flagrantẽ: hoc dico perstringens & dominandi appetitum ducis immoderatum & Frãcisci immensam opum atq; ambitionis cupiditatem.

Petitio eiusdem coci ad eundem principem.

ES ipse cũ multi peterent uaria beneficii loco summo opere i cena ducẽ rogauit ut se asinũ faceret miratus dux qd sibi ea postulatio uellet: cur se asinũ q̃ hoiem mallet. Atqui oẽs uide o iquit ille: quos in sublime extulisti: qbus honores & magistratus dedisti supbia & fastu elatos atq; isolẽtes euasisse asinus. Itaq; ego quoq; asinus a te fieri cupio.

De Iannoto uicecomite.

ANtonius luscus uir facetissimus ac doctissimus: cum ei notum quidam litteras apud pontificem expediendas obtulisset atq; ipse certo in loco corrigere atque

emendam iussisset. Ille autem postridie litteras easdē retulis-set ueluti emēdatas inspectis litteris tu me inquit. Iannotum uicecomitē forsan putasti: cū quereremus quidnā hoc sibi di-ctū uellet Iannotus ait olim pretor fuit noster Vicentinus ho mo bonus sed corpore & igenio crasso. Is sepius aduocato se-cretario mandabat scribi epistolam ad ducē Mediolani senio-rem quarum particulam: quādam ipse dictitabat quæ specta-bat ad ceremonias uerborum reliqua committebat secretario seniori qui afferebat epistolam postmodum scriptam eam. Iā-notus legendam sumens statimq; epistolam ueluti inconditā atq; ineptam increpans non bene est aiebat pergeatq; emēda. Secretarius qui patroni sui stultitiam nosset: & more paulo post reuertens at eandem epistolam nihilo mutatam ferens & correxisse se: & rescripsisse dicebat quam cum ille tanq̄ lectu-ris in manus sumeret inspecta paulum epistola nunc bene se habet inquit: uade: & obsigna atq; ad ducem destina hoc om-nibus epistolis suis facere consueuit.

¶ De sutore quodā uicecomitis per uiam cōparatiōis.

Commiserat olim Martinus pōtifex Antonio lusco litteras quasdā cōficiendas: quas cum postmodum egisset iussit pontifex illas legendas quoq; deferri ad quēdam amicum nostrū in quo plurimum fidebat. Ille autē qui paulum esset in cena cōcalefactus a uino litteras penitus improbauit & alium in modum cōponi iussit: tūc Antonius Bartholomeo de bardis qui aderat: faciā īquit in litteris meis qđ olim sutor in farsitio quod appellāt Ioannis Galeacii uice-comitis. Cras anteq̄ edat uel bibat redibo & littere bene erūt: deinde pcontanti quid nā hoc esset Bartholomeo Ioānes Ga-leatius uicecomes īquit Antonius pater senioris ducis medio lani erat uir magnus pinguis suū iubebat quem acriter redar-guēs aiebat fecisse illū & corpulentus. Is cum sæpius multo ci bo & potu uentrē farsisset post cenam cum iret cubitum uoca ri ad se sutorem sibi farsicium nimis artū: mandabatq; amplia

ri ne sibi esset molestum factum erit aiebat sutor ut iubes cras optime erit: deide acceptam uestem proiiciebat ad perticam: nihil immutans cum dicerent cæteri cur non amplias uestem hāc quæ nimium uentrem domini urget: hic cras inquit cum dominus post gestionē surrexerit ac ierit caccatum uestis erit amplissima: mane portabat farsitium quo ille induto nūc bene est dicebat: nullo in loco me offendit: eodem modo Antonius epistolam suam digesto uino placituram dixit.

¶ Querimonia spolii causa ad facinum canem facta.

APud facinum canem qui fuit uir crudelis ac dux præcipuus in hac nostri temporis militia quærebatur quidam se spoliatum clamide in uia a quodam suo milite: hunc intuens facinus uestitum tunica bona quesiuit an illam cum spoliaretur gestasset: cum ille annueret. Abi inquit hic quem dicis te spoliasse nequaquā ex meis militibus: nam nullus meus unquā tibi tam bonam tunicam reliquisset.

¶ Exhortatio cardinalis ad armigeros pontificis.

CArdinalis hispaniensis bello quod eo auctore gestū est in piceno aduersus pontificis hostes: cum aliquādo ad aciem uentum esset in qua uincere: aut uinci eos qui pontificē sequebātur necesse erat: hortabatur milites ad pugnam pluribus uerbis asserens qui in eo prælio cecidissent cum deo: & angelis trāsituros: peccatorum enim omniū ueniam propositam occumbentibus affirmabat quo morti se alacrius offerrēt. His exhortatiōibus usus excedebat pugna: tunc unus ex astantibus militibus: cur tu inquit nō & ad hoc prandium una nobiscum accedis. At ille tempus prandii nōdum est mihi inquit quoniam nondum esurio.

¶ Patriarche responsio.

PAtriacha Hierosolymitanus qui cancellariam apostolicā regebat: conuocatis aliquando in urbe certā ob causam discutiēdam aduocatis: nōnullos nescio quid uerbis acriter castigauit: huic cum unus præceteris Tho

mas biracus liberius respondisset uersus in eum patriarcha in quit malum caput habes: at ille ut erat homo promptus ad la cessendum ac perfacetus recte inquit: ac uere loqueris: nihil enim uerius potest dici: nam si bonum caput haberē satis me liori loco res nostræ essent: neq; hac opus esset controuersia: te igitur ipsum culpas ait patriarcha: tum ille nō me īquit sed caput repræhēdo: facete in ipsum qui aduocatis oībus preerat patriarcham. Iussit qui duro paulū capite existimabatur.

De Vrbano pontifice. vi.

ALter Vrbanū olim summū pōtificē sextū leuiter per strinxit: nā cū ille nescio qd acrius a pōtifice cōtēderet malo capite es inquit Vrbanus. Tū ille hoc idē inquit & de te uulgi dicunt homines pater sancte.

De sacerdote q loco ornatus capōes episcopo portat.

EPiscopus aretinus Angelus noīe: quē nouimus aliquādo couocauit ad sinodū sacerdotes suos p̄cipiēs ut q aliq̄ cū dignitate essent cū cappis & cottis: sunt .n. he uestes sacerdotales ad sinodū ꝓficiscerentur. Quidam presbiter cui hæc uestimēta deerāt mœstus domi erat ignorās unde nā ea sibi pararet: hūc cogitabūdū uultu dimisso cōspicata ancilla quā domi nutriebat eū q̄sisset meroris cām dixit sibi cū cappis & cottis secūdū episcopi edictū eundū ad sinodū esse. Atqui inquit o bone uir nō recte uim mandati huius cognouisti: nō .n. cappas & cottas sed cappos & coctos episcopus postulat q tibi sunt deferēdi: appræhenditq; sacerdos muliebre cōsiliū & secū capones coctos deferēs optime ab episcopo fuit susceptus: qui per risum retulit hūc sacerdotem solum rectius qua cæteros edicti sententiam cognouisse.

De amico qui ægre ferebat multos sibi præferri doctrina: & probitate inferiores.

IN curia romana ut plurimū fortuna dominatur: cū perraro locus sit uel īgenio uel uirtuti sed ambitiōe & importunitate parātur omnia ut de nūmus sileā:

q̃ ubi terrarũ imperare: uidenť: amicus quidam qui ægre ferebat præferri sibi multos doctrina & ꝓbitate iferiores: quærebatur apud angelotũ cardinalẽ sancti Marci nullã haberi suæ uirtutis rationem: seq; postponi his qui nulla in re sibi pares essent sua insuper studia commemorauit: & in discendo labores: tum prõptus ad lacessenda curiæ uicia cardinalis: hic sciẽtia inquit & doctrina nihil prosunt sed perge & aliquod tempus ad ediscendum uaca si uis pontifici acceptus esse.

¶ De mulier frenetica.

MVlier ex meo municipio cum uideretur frenetica ducebatur a uiro & genere proximis ad fatidicam quãdam cuius ope curaretur: cum arnum fluuium trãsitur mulierẽ supra dorsum hominis ualidioris imposuissent: cœpit illa euestigio nates mouere similes coeũti ac magna uoce clamans ego inquit sepius uerba iterans uellem futuri quibus uocibus causam exp̃ssit morbi: qui ferebat fœminã adeo est in risum effusus ut una cum ea in aquam caderet: tunc ridentes omnes cum insaniæ medelam cognouissent non esse opus incantationibus asserunt: sed coitu ad sanitatẽ restituẽdam: & in uirũ uersi tu inquiunt optimus uxoris curator eris: Redeuntibus igitur illis cum uir uxorem cognouisset mens pristina rediit: hæc ad mulierum insaniam est medela.

¶ De muliere supra padum astante.

DE meretricibus ferebãtur nauicula ferrariam una cũ certis curialibus duæ mulieres ex his q̃ seruiunt idigentibus. Tum mulier quædam supra padum astans fœminas cõspicata isup: o stulti inqt an putabatis meretrices uobis ferrarie defuturas cũ certe plures ïueniunť hic meretrices q̃ uenetiis ꝓbe mulieres.

¶ De abbate septimi.

ABbas septimi homo corpulẽtus & piguis uesperi florẽtiã ꝓficiscẽs iterrogauit rusticũ obuiũ an portã se igredi existimaret: intellexit abbas an putaret se per uentuꝶ in urbẽ antequã clauderẽtur porte. Ille uero in pigue

dinē iocatus atq; inquit currus feni nedū tu portam ītroiret.

¶ Ciuis constantie soror cuius grauida erat.

NObilis episcopus ex britāniis ad ostendendum quæ tunc multi requirebant concilii cōstātiensis libertatem in magno prælatorū conuentu hoc attulit testimonium: fuisse ait constantie ciuem cuius soror innupta grauida facta erat: cum fratri tumor uētris īnotuisset accepto gladio quid id esset aut unde id ꝓdisset quæsiuit percussori similis. Tum iuuenis exterrita id esse ait concilii opus: seq; ex concilio pregnantem hoc intellecto frater concilii metu ac reuerētia sororem impunitā reliquit. Cum cæteri aliarum rerum libertatem quærerent ille prætulit licentiam futuendi.

¶ Sigismondi imperatoris dictum.

SIgismōdus quoq; imperator cuidam coram eo querenti constantiæ libertatē non esse: atqui inquit nisi hic summa eēt libertas tu tam libere minime loquereris: libere enim loqui magne libertatis est signum.

¶ Dictum sacerdotis Laurentii romani.

QVa die Angelotus romanus factus ē a pōtifice Eugenio cardinalis: qdā Laurentius sacerdos urbanus domū rediit hilaris applaudēs totusq; in risum ac letitiā effusus cū rogarēt uicini quidnā sibi obtigisset noui ꝙ tā letus: & alacris esset: bene īquit est magna in spe sum posteaq̄ demētes atq; insani cardinales fieri cœperūt cum Angelotus amentior me sit cardinalem me quoq; esse futurum.

¶ Confabulatio Nicolai anagnini.

IN hac ferme sniam Nicolaus anagninus iocatus est in pōtificē Eugeniū quē dicebat plurimū stultis & īsipiētibus fauere: nā cū essemus cōplures uariis de rebus ut fit in palatio cōfabulātes: qdā iniquitatē fortunæ maxime accusabāt: quærebāturq; eā rebus suis admodū aduersam. Tum Nicolaus uir doctissimus: sed ingenio incōstanti: & ꝓcaci lingua: nullus est omnium qui uiuant inquit cui magis q̄

mihi fortuna fuerit inimica: nã cum hoc tempore sit stultitiæ regnum in deum oẽs fere amentes atq; insanos. Angelotum quoq; nouimus iter eos ad amplas dignitates atq; officia extolli. Ego solus relictus sum ex oĩum demẽtium numero: cui nihil conceditur hoc mihi solius accidit malignitate fortunæ.

¶ De prodigio.

MOnstra hoc anno plura diuersis in locis natura edidit. In agro senagaliensi in piceno: Bos quædã serpẽtẽ peperit mire magnitudinis capite erat grossiori q̃ sit uituli: collo longo ad mensuram ulne: corpore cani similis terete: & longiore hunc editum cum bos cõuersa: respexisset magnoq; mugitu edito exterrita aufugere uellet: erectus serpens subito posterioribus crurbus cauda circũdatis ad ubera os admouit: tamdiu sugens quoad lac inerat uberibus: deinde boue relicta ad syluas uicinas aufugit. Vbera postmodum & ea crurum pars quam serpens cauda tetigerat ueluti adusta nigraq; diutius permanserunt: hoc pastores nam in armento bos erat: se uidisse affirmarunt. Bouem quoq; postea uitulum peperisse: idq; ex litteris ferrariam nunciatum.

¶ Dictum magistri Hugonis senensis.

VIr insignis Hugo senensis medicorum nostri temporis mihi quoq; retulit natum ferrariæ cattum bicipitem seq; id conspexisse.

¶ De monstro.

IN agro quoq; paduano mense Iunii constat natum esse uitulum duobus capitibus unito corpore posterioribus anterioribusq; cruribus duplicatis. Ita tamẽ ut esset coniuncta: hoc monstrum quidam ad quæstum circũ ferebant: multiq; id uidisse affirmabant.

¶ De monstro.

ILlud insuper constat allatam esse ferrariã imaginem marini mõstri nuper in littore dalmatico iuenti: corpore erat humano umbilicotenus: deiceps piscis ita

ut iferior pars q̄ in piſcem deſinebar eēt biſurcata: barba erat
ꝓlixa duobus tanq̄ cornibus ſup auriculas eminētibus: groſ-
ſioribus mām̄is ore lato manibus q̄ttuor tantū digitos habē-
tibus a manibus uſq; ad aſcellā atq; ad imum uētrē: ale piſciū
ꝓtendebant q̄bus adnabat. Captū hoc pacto ferebant. Erāt
q̄plures fœmine iuxta littus lauātes lineos pannos ad unā ea-
rum accedens piſcis: cibi ut aiunt cauſa mulierē manibus cō-
præhendit ad ſe trahere conatus: illa reluctās & erat aqua mo
dica magno clamore auxiliū cæterarū iplorauit. Accurrentes
quinq; numero mōſtrum: neq; enim in aqua regredi poterat
fuſtibus & lapidibus perimunt quod in littus abſtractū haud
paruū terrorem aſpicientibus præbuit: erat corporie magni-
tudo paulo longior ampliorq; forma homini: hanc ligneā ad
nos ferariam uſq; delatam conſpexi cibi gratia mulierem cō-
præhenſam argumento fuere pueri nōnulli qui cum diuerſis
tēporibus ad littus lauādi cauſa acceſſiſſent: nuſq̄ poſtea com
perti ſunt quos poſtmodū ab eo mōſtro captuſq; crediderūt.

¶ Facetia hiſtrionis ad Bonifacium papam.

BOnifacius pontifex nonus natiōe fuit neapolitanus
ex familia tomacellorū: appellant̄ āt uulgari ſermo-
ne tomacelli cibus factus exiccore ſui ſit admodū cō
trito atq; in modū pili inuoluto interiore pinguedine porci:
cōtulit Bonifacius ſe peruſiū ſecūdo ſui pōtificatus anno: ade
rāt autē ſecū fratres & affines ex ea domo per multi q ad eū ut
fit cōfluxerant honorum ac lucri cupiditate. Ingreſſo Bonifa-
cio urbē ſequebatur turba primorū inter quos fratres erāt &
ceteri ex ea familia quidam cupidiores noſcendorum hoīum
quærebant qui nam eſſent qui ſequerentur: dicebat unus itē
alter: hic eſt Andreas tomacellus: deinde hic Ioānes tomacel
lus cum plures deinde tomacellus nominatim recenſendos.
Tum quidam facetus hohe per magnū nempe fuit iecur iſtud
inquit ex quo tot tomacelli prodierunt & tam ingentes.

¶ De ſacerdote qui caniculum ſepeliuit.

ERat sacerdos in tuscia quidam rusticanus sed admodum opulentus hic caniculum sibi carum cum mortuus esset sepeliuit in cimiterio. Sēsit hoc episcopus & in eius pecuniam animum ītendens: sacerdotem ueluti maximi criminis rerum ad se puniendum uocat: sacerdos qui animū episcopi satis nouerat: quinquaginta aureos secū deferēs ad episcopū deuenit qui sepulturam canis grauiter accusans: iussit ad carceres sacerdotē duci: hic uir sagax: o pater inquit si nosceres qua prudentia caniculus fuit non mirareris si sepulturā inter homines meruit. Fuit enim plusq̄ īgenio humano: tū in uita tum præcipue ī morte: quid nam hoc est ait episcopus: testamētum inquit sacerdos in fine uite condens: sciēsq; egestatem tuam tibi quinquaginta aureos ex testamēto reliqt quos mecum tulit. Tum episcopus & testamentū & sepulturā comprobans: accepta pecunia sacerdotem absoluit.

¶ De tyrāno qui homini pecunioso cās iniustas iniecit.

HOmo admodū pecuniosus erat in piceno ī opido Cigulo nomine: audiuit hoc tyrānus loci atq; ad eripiēdos nūmos animum adiiciēs quæsiuit occasionē criminis qua illi pecunias auferret: uocato ad se uiro dixit illum crimine lese maiestatis reum teneri: cū nihil contra eius statū aut dignitatem se factū contenderet perstabat tyrannus asserens illum capite esse mulctandum: homo insons quidnā tandē egisset cū postularet. Hostes inqt meos ac rebelles qui contra me conspirarūt domi absconditos tenuisti: sensit tandem ille suis nūmis insidias parari. Malēs igitur uite quā pecuniis parcere. Verū est inqt quod ais mi domine: sed destina mecū satellites tuos ego hostes illos ac rebelles tibi statim cōprehēsos dabo. Missos itaq; lictores domū ad arculā ī qua pecunia erat secū duxit: eaq; aperta capite hos īquit euestigio: hi sunt enim nō solum domini sed mei quoq; hostes acerimi ac rebelles: quibus delatis ad tyrannum homo penam omnē euasit.

¶ De religioso qui sermonem habuit.


Pidum est in mõtibus nostris: in quo multi ex uariis locis ad diem festum conuenerant: erat enim celebritas sancti Stephani religiosus quidã erat habiturus de more sermonẽ ad populũ cũ hora eẽt diei tarda sacerdotes autẽ esurirẽt uererenturq; lõgitudinẽ sermonis. Ascendẽtiq; suggestũ religioso unus & item alter ut paucis loqueretur in aurem hortati sunt. Ille se exortari facile passus ac prelocutus quædam pro ut consueuerunt: fratres mei inquit anno præterito cum hoc in loco uobis astantibus uerba facere de sanctitate uita & miraculis huius sancti nostri nihil pretermisi eorũ qđ illo uel audiui uel scripta in sacris libris reperiuntur: q̃ oĩa uos credo memoria tenere postmodũ uero tum nihil noui fecisse nihilq; amplius de eo scriptum reperi: signo igitur crucis facto dicite confiteor & reliqua q̃ sequuntur & ita abiit.

¶ Facetissimum consilium Minacii ad rusticum.


Vsticus cũ castaneam arborẽ ad excutiẽdos fructus ascẽdisset decidẽs ex ea costam pectoris effregit: ad hunc cõsulandũ accessit Minacius q̃dã homo perfacetus: qui ĩterloquẽdũ daturũ se normã illi dixit: qua seruata nunq̃ ex arbore caderet: uellẽ hoc antea inq̃t eger cõsuluis: at tamẽ & futurũ poterit prodesse: tum Minacius fac semper inquit ne sis celerior in descensu qua in ascẽsu: sed ea qua ascendis tarditate descendas hoc pacto nunq̃ præcipirẽ te ages.

¶ Eiusdem Minacii responsio.


Dem Minacius cũ aliquãdo nõnullos nũmos & uestes ad talos egenus enĩ erat lusisset: flens ad hostiũ taberne cuiuspiã sedebat: uidẽs merẽtẽ flentẽq; amicus qd nã est tibi inq̃t nihil Minacius ait cur nã ergo si nihil habes ploras hoc solũ q̃a nihil habeo inq̃t admiratus ille q̃re ego si nihil habes ait lachrymas ob hãc ipsam cãm respondit: quoniã nihil est mihi: alter nihil sibi esse causa curploraret ĩtelligebat: alter nihil sibi reliquũ superesse a ludo plorabat.

¶ De paupere monoculo q̃ frumentũ empturus erat.

TEmpore quo Florentiæ summæ aliquando erat annone charitas accessit pauper luscus ad forū quædā sextaria frumenti ut dicebat empturus: rogauit hunc in foro percontantē præciū quidē alter superueniens: quanti sextarium frumenti uenderet hoīs oculo inquit constat: designans his uerbis annone charitatē hoc audiens scitulus qui aderat puer cur tu ergo ait tam grandem sacculum portasti cum non amplius quā unum sextarium possis emere.

Vir qui mulieri dum egrota esset ueniam postulauit.

COnsolabatur uxorem uir quæ aduersa ualitudīe diē suum obibat: memorans omnia boni mariti officia sibi inuita præstitisse: ueniamq; postulans si qd unq̄ aduersus eam iniq; egisset: neq; īter cætera se ait omisisse unq̄ qui debitum thoro præberet eo excepto tpe quo illa nō recte ualeret: ne coitu fatigaretur: tū mulier licet morbo grauis hoc inquit: per fidē nunq̄ pateam neq; remittā tibi: nullo enī tempore adeo inualida atq; infirma extiti quin cōmode possem resupina iacere: danda est igitur uiris opera ne hoc uenie genus ab uxoribus implorent cum rite negari possit.

De adolescentula quæ uirū de paruo priapo accusauit.

ADolescens nobilis & forma insignis duxit uxorem filiam Nerii de paccis equitis florētini īter cæteros sue etatis egregii & præstantis uiri post aliqd dies ut moris est adolescentula ad patrem reuertitur non alacris: aut iocunda ut cætere solent: sed mesta ac uultu languido intuens terram: aduocatam in cubiculo clanculum rogat mater nunqd res sint satis salue ut uultis flens iuuencula respondit: non enim uiro me desponsastis ait: sed ei uirilia desunt: nihil enim aut parum habet eius partis ꝓpter quā fiunt matrimonia: dolens admodum fortunā filiæ mater rem cum uiro cōmunicat: deinde re ut fit inter consanguineos mulieresq; quæ ad conuiuiū aderant: uulgata mœsticia doloreq; oīs impletur domus cum non nuptam: sed suffocatam adolescentulā egregiam for

ma dicerent. Superuenit postmodũ uir cuius gratia conuiuiũ parabat̃: & cum oẽs uultu merenti afflictoq; cõspiceret: miratus rei nouitatẽ quidnã noui accedisset rogabat: nullus erat qui cãm doloris auderet palã facere: unus tandẽ liberior ait dixisse puellã mancum esse illũ in uirili sexu: tum iuuenis alacer nequaq̃ hæc erit cã quæ aut nos conturbet: aut conuiuium disperdet cito hoc purgabit̃ crimen. Cũ in mensa oẽs sederẽt uiri pariter ac mulieris: sumptis iã fere cibis surgens adolescens patres inqt sentio me culpari in ea re cuius uos testes eẽ an uera sit uolo: deinde educto ægregiæ forme priapo: uestibus eni curtis: tunc utebat̃: ac supra mensam posito oẽs ad rei nouitatẽ magnitudinẽq; cõuertit: & an culpandus eẽt quæsiuit: maior pars mulierũ ut uiris suis talis copia inesset optabat uiri p multi se ab illo tali suppellectile superari sentiebãt: qui oẽs in adolescentulã cõuersi grauiter illos stultitiã increpabãt: alius aliud qd obiurgans: tũ illa quid iurgatis: quid me repræhenditis inqt: asellus noster quẽ ruri nuper cõspexi bestia ẽ & adeo extenso brachio oblongũ membrũ hẽt: sic uir meus qui hõ est non hẽt eius medietatem. Credidit simplex puella hoibus longius q̃ bestiis eiusmodi membrũ inesse debere.

¶ De p̃dicatore q̃ potius decẽ uirgines q̃ unã nuptã eligebat.

PRædicabat tibure frater parum consideratus ad populum aggrauans multis uerbis ac detestans adulterium: dixitq; inter cætera adeo esse graue peccatum ut mallet decet uirgines cognoscere q̃ unicam mulierem nuptam hoc etiam multi qui aderant elegissent.

¶ De Paulo qui ignorantibus nõnullis luxuriã cõmouit.

ALter Paulus noie quem ip̃e noui: cum Secie urbe cãpanie in quadam contione luxuriam detestaret̃: nõnullos adeo lasciuos atq; intemperantes dicebat ut ad eliciendam maiorem ex coitu uoluptatem: natibus uxoris puluinum subiicerent: hoc adeo nõnullos qui id ignorabant cõmouit ut paulopost uerum esse experirentur.

¶De confessore.

MVlier adolescens quæ id mihi postea retulit ꝓfecta ē aliquando ad confitendū peccata sua prout fit tpe quadragesime. Cum interloquendū se uiro non seruasse fidem respondisset: confessor qui frater erat libidine incensus: protento palio priapum erectū in manu adolescentule posuit: suadēs ut sui misereretur. Illa rubore perfusa abiens matri quæ haud procul erat roganti quidnam sibi tantus rubor uellet narrauit confessoris suasionem.

¶De medico &c. Responsio mulieris.

INterrogata semel a uiro mulier: quæ nam causa esset cur cū coitus uoluptatis ita particeps esset fœmina sicut & uir tamē hoies citius appeterent sequærēturq; mulieres q̄ ille uiros: tum illa summa cum ratione hoc institutum est inquit ut potius nos requiramur a uiris. Cōstat enim paratas ac promptas nos ad concubitum semper esse uos non item frustra ergo uiri peterentur a nobis cum essent imparati. Scita facetaq; responsio.

¶De medico q tpe belli Bernardo pacē noiauit.

BEllo qđ primū florentini cū duce Mediolani posteriore habuerūt lege sanxitū est capitale eē si quis de agenda pace uerba fecisset. Bernardus manecti ciuis facetissimus erat in foro ueteri: nescio q̄d empturus accessit ad eū frater quadā ex his mendicis circūforaneis: q in triuiis astātes aliq̄d sibi a transeūtibus dari in necessarios usus petunt: ac quippiā petiturus primis uerbis pax tibi inqt tam Bernardus quid pacē tu noiasti: an nescis capitale esse sibi de pace loquatur: ab eo inquit: ne quis me huius culpe affinē putet: hoc dicto recedens a nebulonis illius molestia se exemit.

¶Fabula domini. F. Philelphi.

ERat sermo iter socios: quæ pœna eēt statuēda in uxores impudicas. Bonifacius salutatus ea qua bononiēsis amicus suus minatus ē se uxorē suā affecturū exi

stimabat. Sciscitātibus nobis penā bononiēsis inqt uir haud magno existimādus habet uxorē satis liberalē & mihi quandoq; obsequētē: cū accessissem domū aliqn noctu foris stans: audiui eos acriter collitigātes: īcrepabat enim uir uxorē: accusans īpudicitiā eius. Illa ut moris est taliū: negādo se tuebat᷑: tū uir īterclamandū Ioāna Ioāna ait: ego te neq; uerberabo: neq; percutiam: sed intantū te futuā quoad plenā domū filiis reddam: atq; ita solā te cū natis relinquam post modū & abibo: risimus oēs genus supplicii adeo exquisitum quo stultus ille ulturum se uxoris flagitia putauit.

¶ Cardinalis burdugalensis de histrione.

GRegorius duodecimus anteq̄ pōtifex crearet᷑ in conclaui: & postea quoq; plurima se facturū pollicitus ē ꝑ scismate quod tūc in ecclesia uigebat tollēdo: atq; adeo aliqbus diebus in eo quod ꝓmiserat ꝑmansit: ut etiā pōtificatu in se cessurū si opus esset spōderet: postmodum uero dulcedine ductus dignitatis iuramēta & ꝓmissiōes oēs irritas fecit: nihil seruās eorū quæ antea pollicebat᷑: hoc egresserens cardinalis burdugalēsis uir grauis: & concilii singularis mecū de hisce rebus aliqn loquēs hic inquit nobis effecit ꝙ histrio bononiēsis se asserens uolaturū. Cū referari mihi fabulā rogarē: histrio fuit nuper bononie ait qui proposito palā edicto se uolaturū ex turri quadā q̄ est uersus pontē sancti Raphaelis miliari amplius extra urbē predixit: congregato ad diē constitutū oī ferme bononiēsi populo sole de fame usq; ad occasum solis hoīes ludendo macerauit: pendebat oēs animi suspensi ad aspectum turris uolatū hominis expectantes. Cū ille interim in turris cacumine ostenderet᷑ alasq; quereret uolaturo similis: seq; deorsum ꝓiecturum fingeret: erat magna ad hæc signa populi acclamatio patulo ore turrim aspicientes: tum histrio post solis tandem occasum ne nihil actum uideret᷑: uersis ad eos renibus culum populo ostentauit. Ita elusi omnes in edia: & tedio confecti in urbem noctu redierunt. Eodem

modo noster inquit qui post tot ostentationes tandem nobis posteriora ostendendo satisfecit.

¶ Responsio Redolphi ad. B.

REdolphi camariensis dictum prudens refertur: obsi debatur ciuitas bononiēsis a Bernaboue ex familia uicecomitū domini Medionali: erat autem ad custo diam ciuitatis dux positus a pontifice redolphus uir bello & pace egregius qui se intra menia continebat ob ciuitatis tute lam leui semel per excursores cōmisso prelio a quo redolphus aberat captus eques ad Bernabouē ductus est. Interrogabat ille inter cetera, cur non egrederet̄ ad bellū redolphus eques cū unā aut alterā causam attulisset: tandē dimissus rediit in ci uitatē: tum redolphus sciscitatus quid in castris hostium age- retur: & quæ uerba Bernabouis ad eum fuissent: cum intelle- xisset responsionem equitis egressum suum excusantem nō be ne inquit respondisti: uade dic Ber.

¶ Redolphus ait se ideo urbē nō egredi: ne tu ingrediaris.

VIri nōnulli camariēses extra urbē exercitii causa sagi- tando tempus terebant. Cum quispiam sagitam in cautius emisisset astantem procul redolphū leuiter uulnerauit: capto illo cum uarie de pena inferenda sñia dicerē tur: & ut quisq; accerrime sentiret: itē se maxime principi grati ficaturū putaret: unus cēsuit manū illi eē amputādam ne am- plius arcu uteretur: redolphus liberū hoiem dimitti iussit di- cens illā futurā fuisse utilē sententiam si id ante acceptum uul nus consiliū dedisset plena prudentie: & hūanitatis respōsio.

¶ Fabula mancini.

MAncinus uir rusticus opidanus meus frumēto ad fi- gignum castrū asellis uehēdo exercebatur: quos ille compleris ad uecturā sumebat. Cū ille semel a mer- cato rediēs fessus e uia ascendisset asinum quendā prestantio- rem computatis in uia asinis qui præibant: domo appropin- quans eoq; quo uehebatur minime adnumerato uisum est ei

unum de esse turbatus igitur ac reliquis asinis uxori quos re-
stitueret commodatis confestim eodem asino quo ferebatur
ad mercatum septem milibus passuum retrocedit: quærensq;
a singulis obuiis: an asinum quempiam amissum reperissent:
cum omnes negarent domum noctu merens & dolens iactu-
ram asini rediit tandem etiam ab uxore admonitus: cum de-
scendisset illum quem tanto studio & dolore asinum quæsie-
rat esse cognouit.

¶ Alia responsio rodulphi ad. G.

IDem bello quod florentini cū Gregorio decimo pō-
tifice gesserūt diuersas partes secutus nunc uni: nūc
alteri herebat: interrogatus a quodam cur adeo mu-
tans ita sæpe se cōmutaret: quoniam inquid in eodem latere
diutius iacere non possum.

¶ De eodē qūo a florentinis pro proditore depictus est.

FLorentinis postmodum proditionis habitus reus pu
blicis in locis urbis ut proditor depictus fuit. Cum
uero haud multo post sentiret mitti oratores ad se flo
rentinos de pace acturos qua die ad se uenturi erant thalamū
ingressus clausis fenestris igne accenso: erat autem mensis au-
gusti sese pellice is uestibus cooperiri in lecturo iussit uocatis
deinde oratoribus quærentibus quo nam morbo laboraret:
frigore respondit quod tādiu in eorum muris etiam noctu ad
aerem discoopertus contraxisset hoc dicto illorum lusit pictu
ram quæ postea ex pacto delata est.

¶ De illo qui aratum super humerum portauit.

ALter pierus nomine admodum incultus cum usq; ad
meridiem arasset fessis bobus & ipse labore fatiga-
tus: rediturus in oppidum aratrum super asellum al
ligat: deinde asellum præmissis bobus ascendit qui cum ni-
mio onere grauatus sub pōdere deficeret: sentit tandē pierus
asellū ire non posse: tū descendens atq; aratrum super humer
suum ponens rursus asellum ascendit inquiens nunc recte am

bulare potes: non enim tu sed ego aratrum fero.

❡ Responsio elegans Dantis poete florentini.

DAntes alligerius poeta noster florentinus aliquãdiu sustentatus est Verone: opibus canis ueteris principis de la Scala admodum liberalis. Erat autem & alter pœnes canem florentinus ignobilis: indoctus imprudens nulli rei prætereq̃ ad iocum risumq; aptus: cuius ineptie ne dicam facetie: canem perpulerant ad se ditandum. Cum illũ ueluti beluam insulsam dantes uir doctissimus sapiens ac modestus: ut æquum erat contemneret: quid est inquit ille q tu cũ habearis sapiens ac doctissimus tamen pauper es & ægenus: ego autem stultus & ignarus ducens præsto: tũ Dantes quando ego reperiam dominum: inquit mihi similem & meis moribus conformẽ sicuti tu tuis: & ipse similiter meditabit. Grauis sapiensq; responsio: semper enim domini eorum consuetudine qui sibi sunt similes delectantur.

❡ Eiusdem poete faceta responsio.

HVic ipsi inter seniorẽ aliquãdo tunioreq; canes prandenti cum ministri utriusq; dedita opera ante pedes dantis ad eum lacessendum ossa oculte subiecissent: remota mensa uersi oẽs in solum dantem mirabãtur cur ante ipsum solũmodo ossa conspicerentur: tũ ille ut erat ad respondendũ promptus minime inquit mirũ si canes ossa sua comederunt: ego autẽ non sum canis.

❡ De muliere obstinata quæ uirꝝ pediculosum uocauit.

COlloquæbamur aliquãdo de pertinacia mulierꝝ ita qñq; perstant aĩo indurato: ut se mori malint q̃ cedere ex sñia tũ unus: mulier quædã e nostris inquit ad modũ uiro contraria: semp uerbis eius obiurgãdo refragabat perstans in eo quod cœperat: ita ut superior esse uellet: habita semel cũ uiro graui altercatione maritum pediculosum uocauit. Ille ut uerbũ id retractaret uxor uerberibus contendebat pugnis cedẽs ac calcibus quo magis cedebatur eo plus il-

la pediculosum appellabat: uir tādē uerberādo lassus: ut uxoris petinaciā superaret per in funē in aque puteū dimisit: suffocaturum se dicens nisi uerbis eiusmodi abstineret: mulier instatius perse uerbat etiā in aqua mentum usqꝫ constituta: uerbum illud continuans: tum uir ne amplius loqui posset in puteū demersit tēptans si eā mortis periculo a uerborū ptinatia posset auertere: at illa loquēdi facultate adēpta ēt dum suffocaretur quod loqui nequibat: nam manibus digitis exprimebat super caput erectis atqꝫ ungulis utriusqꝫ pollicis coniunctis saltē quod potuit gestu uiro pediculos obiiciebat: unguibus enī eorū digitorū pediculi a feminis occidi consueuerunt.

¶ De eo qui uxorem in flumine peremptam quærebat.

ALter uxorē quæ in flumine perierat querēs aduersus aquā ꝑficiscebatᷣ: tū quidā admiratus cum deorsum secundū aque cursum illā queri admoneret: nequaq̄ hoc modo reperietᷣ īquit. Ita enim dum uixit difficilis ac morosa fuit reliquorūqꝫ moribus contraria ut nunquā nisi cōtrario & aduerso flumine etiam post mortem ambulasset.

¶ De rustico qui nobilem se fieri quærebat.

PEtebat a duce aurelianēsi sub rusticis moribus & uita incultus quidam qui ei seruiebat ut se nobilem faceret: id fit apud gallos: emptis possessionibus ex q̄bus solis ruri uitam nobiles ducant tum dux qui naturā hoīes callebat diuitē inq̄t te facillime possem facere: nobilē nūquā possem.

¶ De Guilermo qui habebat priapeā suppellectilē formosā.

ERat in opido nostro terre noue uir noīe Guilermus faber lignarius: priabea suppelectile satis copiosus diuulgauerat hoc uxor inter uicinas: ea mortua duxit aliā uxorē iuuenculā simplicē antoniā nomine quæ desponsata presenserat ex uicinis ingens uiri telum: qua ergo nocte primo cum uiro concubuit tremebūda nolebat herere uiro: neqꝫ coitum pati sensit uir tandem quid timeret adolescētula cōsulatusqꝫ illam uerꝫ esse quod audierat ait: sed duas semētulas

habere paruam ac maiorem quandam: ne te ergo offendā ait utar hac nocte parua quæ tibi minime nocebit: postea maiore si tibi uidebitur consentiens puella obsecuta est uiro absq; clamore aut nocumento aliquo post mensem uero facta liberior atq; audentior: cum noctu uiro suo blandiretur: mi uir inquit si liber maiore iam illo socio utaris: licet risit uir: cum semi asellus in ea re uideretur bonum uxoris appetitum hoc postea narrantem audiui in aliorum cetu.

¶ Responsio unius mulieris pisane.

IAm bacharia mulier pisana fuit ꝓmpta ad respōdēdū. Accedens histrio quidā ad illudēdū ei: præpuciū inquit asini uos salutat: tum illa euestigio hohe inqt sane unus ex suis nūciis uideris quo faceto dicto abiit.

¶ Dictū matrone q̄ uestes adultere ad fenestras cōspexit.

MVlier adultera expanderat: mane ad fenestras uarii generis uestimenta ab adultero data: matrona ante domum transiens conspectis tot uestibus sicut aranea telas ita hæc inquit uestes suas culo effecit: pudendorum artificium omnibus ostentans.

¶ Monitio cuiusdam.

ROgabat quidam cōtribulem meum uirum facetum tempore uindemie: ut sibi uasa quædam uinaria mutuo concederet. Tum ille inqt do uxori expēsas per uniuersum annum ut ea in carnis priuio uti possim. Monuit hoc dicto non esse postulandas ab aliis eas res quarum usus esset eis necessarius.

¶ Dictum perusini ad uxorem.

PErusini habentur uiri: faceti ac per urbani rogauit maritum uxor Petrucia nomine ad diem festum postridie profectura ut sibi calceos nouos emeret: annuit uir eius & simul iussit antequā domo abiret mane gallinam in parādū coqui uxor cum cibum parasset domus hostiū egressa: cōspectoq; simul quem summe adamabat iuuene do-

mum regreditur: dato signo ut se intus cum uir abesset seque retur: & ne longior mora esset ascensis scalis se ad terram pro strauit ita ut ex hostio posset conspici super imposito autē iu uene clunes eius cruribus ac pedibus amplexa: cōcupito ope ri intendebat: uir interim existimans uxorem ad festiuitatem iam profectam & simul tardius redituram: sociū rogauit ad prā diū dicens uxorē prādio esse fallendā: cū domū pergerent uir prius ingreditur: uisaq; apud scalas uxorē supra iuuenē pedes cōmouēte: hohe Petrucia inquit periculū dei ut mos est illis iurādi: si hoc mō ambulaueris nunq̄ illos calceos consumes.

¶ Per facetum dictum cuiusdam adolescentis.

QVerebatur rusticana mulier anserulos suos nō se be ne habere fascinatos uerbis cuiusdā uicine quæ cū il los collaudasset: nequaq̄ postea addidisset: deus eos benedicat ꝑut uulgo dici solet: hæc cū adolescēs audisset nūc causam uideo inquit cur mihi mētula egrius se habuit his die bus admodum debilitata: nā cū eam quispiam laudasset ne quaq̄ addidit eiusmodi benedictionem quo factū est ut fasci natam putem cū postmodum nunq̄ erexit caput bene dic er go eam te rogo ait quo priores recuperet uires.

¶ De uiro stolido q simulātē uocē credidit seipsum eē.

PAter cuiusdā amici nostri cognoscebat mulierē uiro insulso ac balbuciēti nuptā: semel cū noctu ad eā ac cederet: credens uirū abesse: hostiū palā pulsauit: si mulās uiri uocem: ac sibi apiri hostiū petiit: uir autē stolidus domi existens audita illius uoce. Ioanna aperi: Ioanna intro duc illum inquit: nam uidetur idem qui ego esse.

¶ De rustico qui anserem uenalem deferebat.

RVsticum adolescentem qui florētie anserem defere bat uenalē: cōspicata mulier quæ sibi faceta uidebat ridendi hoīs gratia rogauit quanti anserē faceret. At ille quod facillime inquit persoluas: qd est inquit mulier: uni co ait ille coitu: iocaris respōdit mulier: sed domū ingrederet

& de præcio cōuentus. Ingressus domū cū præstaret in senten
tia mulier præcio annuit: uerum cum superioris partes egisset
petito ansere rusticus se negat daturū: non enim se mulierem
subagitasset sed se ab ea compræssum dixit. Igitur reintegrata
pugna munere sessoris fingitur adolescens. Iterū ex conuentu
mulier cum anserem postulasset: renuit adolescens pari ratio-
ne se cum illa esse asserens: non enim se præcium petitum acce
pisse sed repulisse iniuriā illatā: nā se prius a muliere subactū:
cum longior progrederetur contentio superueniens uir sciscci-
tatur quæ nam hæc sit controuersia: cupiebā inquit uxor tibi
cenam oppipere parare: nisi hic maledictus impediret: conue-
nerat enim mecum in uiginti solidis nunc postq̄ introiuit do-
mum mutata est snīa duos amplius requirit: eya īquit uir tam
parua res impedit cenam nostram: accipe īquit quodlibet: ita
præcium abstulit & concubitum uxoris.

De auaro qui urinam degustauit.

Curialis unus e nostris note auaritiæ sæpe mēsam fa-
milie accedebat dū comederēt degustās uinū ansatis
aquatū esset: simulabat aūt se id agere ut bono uino
uterent: hoc cum aīaduertissent nonnulli tandē cōmunicato
consilio recentē quandoq; urinā pro uino in mensa supposue-
re: qua hora uenturū hominē suspicabantur: accessit ille more
suo & cum urinam bibisset nauseans: ac semi eructans magno
clamore abscessit minatus multa illi qui hæc comenti essent:
illi uero risu cenam finierunt: hoc eius rei machinator: mihi
postmodum retulit multo cum risu.

De quodā pastore simulatim cōfitenti.

Pastor ouium ex ea regni neapolitani ora quæ olī la-
trociniis operam dabat: semel cōfessorē adiit sua pec
cata dicturus: cum ad sacerdotis genua procubuisset
parce mihi inquit ille lachrymās pater mi: quoniam grauiter
deliqui cū iuberet dicere quid esset: atq; ille sæpius id uerbum
iterasset tanq̄ qui nefarium admisisset scelus: tandē hortatur

sacerdotis ait se cũ caseum faceret ieiunii tẽpore: expressura lactis guttas: quasdã quas nõ spuisset in os desiliisse: tum sacerdos qui mores illius patrie nosset subridens: cum dixisset grauiter illum deliquisse qui quadragesimam non seruasset: quæsiuit nunquid aliis obnoxius esset peccatis. Abnuente pastore rogauit num cũ aliis pastoribus quẽquẽ peregrinũ ut mos est illius regionis transeũtem spoliasset aut peremisset: sæpius inquit utraq; in re cũ reliquis sum uersatus: sed istud ait apud nos ita est consuetũ ut nulla conscientia fiat: cum utrũq; graue facinus confessor asseueraret ille ut rẽ leuem latrociniis: & hominum cedem quã apud eos usu probarentur existimans solius lactis ueniam petebat: res pessima consuetudo peccandi: quæ etiam illa errata leuia reddit quæ sunt grauissima.

Est in opido terre noue certa cõstituta pena is qui luserint ad talos: quidam notus meus in ludo dephensus contracta pena in carcerem trusus fuit: cum peteretur ab eo cur ibi reclusus esset: hic noster prætor ĩquit qa quod meum erat lusi me in carcerem posuit: quidnã hic ageret si lusissem suum.

De patre filium ebrium redarguente.

Pater cũ filii ebrietatẽ sepius ne quicq̃ redarguisset conspecto semel in uia ebrio rectis uerẽdis turpiter iacẽte pueris: quoq; per multis q circundabãt ridẽtibus atq; illudentibus filiũ ad tã uerecũdum spectaculum uocauit: existimãs hoc exẽplo ab ebrietate deterreri eũ posse. Ille autẽ uiso ebrio: rogo pater inqt ubi ẽ id uinũ quo iste ebrius factus est ut ego ẽt eius uini dulcedinem degustẽ nõ ebrii turpitudine absterritus: sed uini cupiditate commotus.

De adolescente perusino.

Pisbinam quoq; perusinũ adolescentem nobilem atq; admodũ dissolutum cum opprobrio cæteris ex ea familia esse: se uocauit semel. Simon ceculus cognatus eius senex magne auctoritatis atq; admodum prudens: & cũ

rationibus multis adolescentem ad meliorem uitam hortatus esset detestans uicia: uirtutes uero collaudans: postq̄ tandem perorauit. Simon inquit ille: composite atq; ornate admodū sicuti uirū eloquentem decet fecisti uerba uerum centies iam pulchriores orationes in hanc sententiam audiui: & tamē nihil eorum quæ dicebantur unq̄ facere uolui: nihil amplius superior exemplo q̄ hic uerbis profuit.

ℭDe duce Andegauensi quā præciosam suppellectilē. Redolfo ostendit.

ERat sermo aliquando in cetu doctorum uirorum reprææhendentiū inanem eorum curam: qui multū studii opereq; in quærendis emendisq; præciosis lapidibus ponūt: hic quidē recte inquit Redolfus ex camerario ducis andegauensis eū ad regnū neapolitanū proficisceretur stulticiā monstrauit. Cum enim Redolfus ad eum uisendū in castra uenisset: ostendit ei dux admodum præciosam suppellectilem interq; cætera margaritas: zaphiros: carbunculos: & cæteros lapides magno qui in præcio habent. His conspectis quæsiuit Redolfus quanto lapides illi existimarentur: & quid utilitatis afferrent magnum quid estimari dux respondit: sed nihil afferre lucri: tum Redolfus ostendam tibi inquid duos lapides decem florenorum: qui mihi annuatim ducentos reddunt: ac deinde cum ducem hæc admirantem ad molendinū quod ipse constitui fecerat duxisset: duos molares lapides ei ostendit: dicens illos esse qui suorum præciosorum utilitatem uirtutemq; superarent.

ℭDe eodem Redolfo.

HIc ipse cuidā cameriensi qui uisendi causa orbē peragrare cupiebat: iussit usq; maceratam oppidū proficisci: quod ille cū effecisset: orbē inquit terrarū uniuersum conspexisti: nihil eē aliud asserens mundū hunc q̄ colles: montes planitiæ culta atq; iculta loca: nemora & syluas: quæ oīa eo loci spacio continentur.

¶ Facetissimum dictum cuiusdam perusini.

ERat perusino cuidam dolium uini sapidi & boni admodum paruum ad eum pro uino cum quidam puerum cum uase maiusculo destinasset: sumpto in manibus uase atq; ad nares admoto hohe inquit uas istud admodum fetet: nunq̃ in hoc uinum meum infundam: uade atq; ad eum qui te misit istud reporta.

¶ Contentio duarum meretricũ de tela linea.

DVe romane mulieres quas noui diuersa ætate forma iuerunt domũ curialis cuiusdam e nostris uoluptatis ac præmii causa. Is cũ pulchriorem bis cognouisset: alterã semel attigit: tum ne se sprætam putaret: tum ut iterum rediret cũ socia abeuntibus telam lineam dono dedit: non discernus quanta esset futura cuiusq; portio. In diuisione clancula contentio orta est inter fœminas altera duas partes secundũ opus exactum altera medietatem secundum personas postulante diuerse utrinq; uarieq; rationes afferebantur: cum una maiorem se laborem perpessam esse: reliqua parem fuisse contenderet: ex uerbis ad uerbera deuenerunt: ac unguium capillorũq; certamen primo uicini inde etiã mariti concurrunt: discidii causam ignorantes: utraq; sibi uerborum contumeliam illatã asserente: uiris sue cuiusq; uxoris causam tuentibus mulierũ pugna ad uiros descendit: uestibus & lapidibus acta res est donec concurrentium interuentus prælium diremit. Viri dissensionis causam ignorantes inimicitiã seruant reclusi in caueis more romano pannus est apud quendã orbem indiscussam nondũ diuisus sed occulte a mulieribus de diuidendo agitur queritur a doctoribus quid sit iuris.

¶ De gallo & uulpe.

ESuriens quondã uulpes ad decipiẽdas gallinas: quæ gallo duce arborẽ excelsiorem quo sibi additus non erat ascenderant ad gallũ blande accessit: quẽ comiter cũ salutasset: q d in excelso agis inquit: nunquid non audi-

ſti noua hæc recentia tam ſalutaria nobis nequaq̃ gallus: tum reſpondiſſet: atqui prænuncia huc acceſſi ait: ad cōicandū tecū a ſacritatē aīalium oīum conciliū celebratū eſt in quo pacē perpetuā oīum aīantium inter ſe firmarunt: ita ut omni ſublato timore nulli ab altero inſidie aut iniurie amplius fieri queant ſed pace & concordia oēs fruantur licet abire unicuiq; uel ſoli quo uelit ſecurre: deſcendite igitur & hunc feſtū agamus diē. Nota uulpis fallacia gallus bonū inquit affers nunciū & mihi gratū ac ſimul collū altius ꝓtendens: proſpecturoq; longius & admiranti ſimilis in pedes ſe erexit: tū quidnā aſpicis uulpes cū dixiſſet: duos inquit magno curſu ore patulo aduētates canes tū tremebunda uulpes ualete inquit: mihi fuga expedit anteq̃ illi aduenīant & ſimul cepit abire. Hic gallus quo nā fugis: aut quid times ait: ſi quidē pace conſtituta nihil eſt timendū: dubito inquit uulpes an canes iſti audierint decretū pacis hoc pacto dolo illuſus eſt dolus.

¶ Facetum dictū.

VIr indicendo liberior cū quid audatius loquēs in palatio pontificis: geſtu locoq; diſſolutiori uteretur: q̄d agis inquit ſocius quidā ſtultus quidē diceris tū ille hoc inquit per magni lucri loco ponerē: nō eni alio pacto poſſum carus eſſe hiis qui nunc regnant: cū ſtultorū hoc tempus exiſtat: atq; hii ſoli patiantur rerū.

¶ Diſceptatio inter Florentinū & Venetū.

VEnetis fedus erat cū duce Mediolani ad decenniū: interī primo inter florentinos ducēq; orto bello: cū florentinoꝝ res deteriori loco uiderent: Veneti ducē haud quaq̃ hoſtile q̄d timentē adorti: rupto federa Brixa occuparūt ueriti ne ſi dux ſuperior eēt ois belli molles in ſe uerteret: florentino uenetoq; poſtmodū de ac re diſceptantibus cum Venetus diceret nobis libertatem debetis: nam noſtra opera liberi eſtis: hoc nequaquam uerum eſt inquit ad retundendam illius petulantiam florentinus non enim nos libe

ros eſſe effeciſtis:ſed nos uos reddimus probitores.

℄Comparatio Antonii Luſci.

CIriacus anconitanus hõ uerboſus & nimiũ loquax deplorabat aliquando aſtantibus nobis caſum atq; euerſionẽ ĩperii romani:inq; ea re uehemẽtius angi uidebatur:tũ Antonius luſcus uir doctiſſimus qui ĩ cetu aderat ridens hoĩs ſtultã curã:hic perſimilis eſt ĩquit uiro mediolanenſi:qui die feſto cũ audiſſet unũ ex grege cantorũ: qui geſta herorũ ad plebẽ decantant recitantẽ mortẽ Rolandi: qui .dcc.iã ferme annis in prælio occubuit:cœpit acriter flere atq; inde cũ uxor domũ reuerſum ac meſtũ ac gementẽ uidiſſet:rogaſſetq; quidnã accidiſſet noui:heu mea uxor ĩquit defunctus ſũmi uir uxor ait:quid tibi aduerſi euenit: ſolare atq; ad cenã ueni. At ille cũ in gemitu perſeueraret neq; cibũ uellet ſumere:tandẽ inſtantius meroris cauſam pcontanti mulieri:an neſcis reſpondit quæ noua hodie audiui quæ nã mi uir uxor inquit mortuus eſt Rolandus qui ſolus tuebatur chriſtianos. Solata eſt mulier inſulſam mœſticiam uiri:& uix tandẽ ad cenam potuit illum perducere.

℄De cantore qui prædixit ſe mortẽ Hectoris recitaturũ.

SVbiunxit alter ſimilis fabellã ſtulticiæ quidã inquit uicinus meus hõ ſimplex audiebat quẽpiã ex eiuſmodi cantoribus:qui in fine ſermonis ad illiciendã audientiũ plebẽ prædixit ſe poſtridie mortẽ Hectoris recitaturũ hic noſter anteq̃ cantor abiret præcio redemit ne tã cito Hectorem uirũ bello utilẽ interficeret:ille mortẽ poſtero die diſtulit:alter uero ſæpius præcium dedit ſequentibus diebus ꝓ uite dilatione:& cum pecuniæ defuiſſent tandẽ mortem eius multo fletu:ac dolore narrauit.

℄De muliere quæ ſe uiro ſemimortuã oſtendit.

SArda oppidũ eſt in mõtibus noſtris ſitũ in eo cũ uir ſimplex uxorẽ cũ altero coeũtẽ depræhendiſſet: illa ſtati ſe ſemimortuã ſimulauit ꝓſternẽs ſe ad terrã ſi-

milis defuncte: accedēs uir ꝓprius ac mortuā credēs cœpit illachrymans brachia uxoris fricare: tū illa sub aptis oculis tanq̄ ad se paululū reuersa: cū petisset uir quid nā accidisset: se nimio timore pculsam dixit: & cū eā cōsolari stultus cœpisset ac si quid uellet petere iussisset: uolo inquit illa iures te nihil uidisse statim cū id iurasset mulieri ualitudo restituta est.

¶ Faceta iocatio militis florentini.

ROssus de riciis æques florētinus magni uir aī ac seuerus uxorē habuit Teldam noīe uetulā & minime formosam hic cœpit in ancillā q̄ domi hēbat oculos coniicere: & cū illā sæpius molestasset illa ad patronā rē detulit: suasit ut assentiret̃ ac certo ī loco subobscuro horam rosso assignaret in quē pro ancilla se telda clā cōtulit. Accedens ad locū rossus ac uxorē pro ancilla diutius tractās tandē demissa mētula nihil agere potuit: tū exclamans uxor: eia inq̄t æques merdose si hic ancilla extitisset recte cū ea rē hēre potuisses: tū miles ohe telda mi p deæ inq̄t hic meus socius prudentior ad modū ē q̄ ego: nā postq̄ te ꝓ ancilla ignarus attigi: statim ille malā carnē te esse cognouit ac ꝓpterea retrocedēs destituit.

¶ De milite qui uxorem habebat litigiosam.

HAbebat florentinus æques admodū nobilis uxorē litigiosam ac puersam quæ quottidie ad religiosum cōfessorē uelut aiunt deuotū suū quærelas uiri & uicia deferebat: hic æquitē rephendebat: obiurgabat̃ aliq̄do uerba admonitus uxoris: & ut pacē inter eos poneret: rogauit uirū ad confessionē peccatoꝝ qua facta nō dubitabat conuenturā inter eos concordā parauit æques: & cū religiosus eū sua peccata explicare iussisset nequaq̄ est opus inq̄t qcq̄d enī unq̄ cōmisi & multo plura ēt ab uxore sæpius tibi recitata extiterūt.

¶ De temerario qui asinos curabat.

FVit nuper Florentiæ hō confidens ac temerarius nulli arti deditus. Is cū legisset apud medicū quēdā nomē & uirtutē cæteraꝝ pilularū q̄ ad uarios morbos

conferre dicebant᷑: existimauit hõ ridiculus se his solis pillulis de facili medicũ euasurũ. Confecto earũ magno numero urbẽ ægressus cœpit uagari ꝑ opida & uillas medicinæ artẽ ꝓfessus ad oẽm aũt ægritudinẽ has pillulas accõmodabat: earũq; cura aliqui casu ualitudinẽ recuperarunt. Cũ huius fama ꝑcreuisset stulti apud stultos quidã q asinũ suũ amiserat rogauit hominẽ nunqd remediũ ad recipiendũ asinũ hẽret assensit ille & ei sex pillulas deglutiendas dedit quibus sumptis abiens postero die cũ asinum quæreret cogentibus pillulis de uia discessit laxãdi uentris gratia: & in arundinetũ forte diuertit ibi reperto asino pascente medici scientiam & pillulas ad cœlum laudibus extulit: ad hunc postmodum ueluti alterũ Esculapium magnus fiebat rusticorũ concursus: qui audierant medici medelas etiã ad recipiendos asinos accõmodatas.

ℭComparatio Petri eghi.

IN seditione quadam ciuitatis Florentiæ qua ciues ꝓ statu reꝝ inter se certabant cum quidã alterius factionis ab aduersariis magno tumultu occideretur: unus ex his qui longe aberant gladios exertos conspiciens atq; homines concursantes percontatus est circũstantibus quid nam ibi ageretur: tum unus noĩe Petrus de ghis illic inqt magistratus ciuitatis atq; officia diuiduntur: nolo inquit ille res quæ tã caro constant: atq; e uestigio recessit.

ℭDe medico.

CVm cenarent mecũ contribules nõnulli hoĩes ad facetias ꝓmpte multa ridẽda intercenandũ dicebant᷑: īter quæ unus subridẽs Cechinus: inqt medicus aretinus accersitus ad curandũ q̃dã formosam adolescentulã: quæ saliendo contorserat genu in cõponendo: cũ & tibiã fœmine & coxã palbam ac mollẽ aliquãdiu tractasset: erecta est mentula maiorẽ in modũ ita ut sub ligaculo contineri nequiret: tum suspirãs cũ assurrexisset: atq; illa quid pro ea cura sibi dari uellet quesisset: nihil sibi deberi respondit quesita cã pares eni in

opere inquit sumus: ego enim tibi membrum contorsum dire xi: tu mihi item aliud erexisti.

℄ Iocatio ueneti qui æquū suū non cognouerat.

LOquētibus nōnullis doctis uiris de insulsitate stultitiaq; multorū narrauit Antonius luscus uir facetissimus: cū olim ab roma Vincētiā ꝓficisceret᷑: addidisse se in suā societatē uenetū quēdā: q perraro ut uidebat᷑ eqtasset: q cū senis diuertisset ad hospiciū: i quo & alii pmulti cum æqs erāt: maneq; ad iter se qsq; pararet: solus uenetus sedebat ad fores ociosus atq; ocreatus: admiratus luscus hoīs negligētiā ac tarditatē: q cū cæteri ferme ī æqs eēnt: ipse solus qesceret admonito: ut si secū ꝓficisci uellet æquū ascenderet: cām more pcunctabat᷑: tū ille atq inqt tecū ire cupio sed æquū meū mini me īter alios recognosco. Igit᷑ expecto quoad reliq eqtarint: ut q æquus solus in stabulo remāserit sciam eē meū. Cognito hominis stupore Antonius Paulū cōmoratus est quoad stultus ac stipes ille unicū relictum æquū caperet pro suo.

℄ Dictum Caroli bononiensis.

MOs est loquendi cū quēpiā præ nobis contēnere uolumus ut dicamus ego te centies in die oppignoratū relinquerē apud cauponulā tabernā Razello bononiēsi uiro ꝓmpto ad respōdendū qdā interiurgandū hoc idē in cetu hoīum obiecit extollens prudentiā suā razellū uero despiciens: tū razellus hoc tibi inqt facilime cōcedo: cito enī res magni præcii & bone dari pignori possunt. Ac uero tu ita nequā uilis & abiecte cōditionis es: ut si quis te per oēs fori tabernas & caupones circūferret: nemo te nec ꝓ ereo quidē nūmo uelle accipere: hoc dicto & circūstantibus risum mouit: & dicacitatem hominis dicacitate compræssit.

℄ De feneratore sene delinquēte fenus timore pdēdi parta.

HOrtabat᷑ feneratorē iam senē amicus ut desisteret a fenore & anime sue saluti consulens & corporis quieti pluribusq; suadebat uerbis ut se ab ea molestia si

mul & infamia uitæ uendicaret: tũ ille ut suades inquit hãc artem desinã: nã noia mea iam ita male respondent ut necesse sit uel inuito hoc exercitiũ relinqui nõ conscientia peccati: sed timore amittendi parta se fenus relicturũ professus.

¶ De Meretrice sene mendicante.

CVm hoc in corona recitaretur: similis hic fuit contribulis meus ait peruetule & nomen rettulit meretrici quæ iã ætate confecta stipẽ in elemosynã petens: benefacite aiebat ei quæ peccatũ reliquit & artẽ meretriciã increpita ab hoie noto ꝙ mendicaret quid uis agã inquit: iã nemo me amplius requirit: necessitate ergo non uolũtate ait ille peccatũ relinquis: cũ peccandi nulla adsit facultas.

¶ De Doctore imperito.

CVm secretarii eẽnt aliq̃do cũ pontifice & martino & sermo de facetiis incidisset retulit ille fuisse doctorẽ bononiẽsem: qui cũ ab legatu q̃d instantius peteret: fatuus ac demẽs ab eo appellatus est: hoc audito quãdo inqt me dementẽ esse cognouisti: ad hæc legatus cũ id tpis dixisset nõ recte inqt alter arbitraris: tunc enĩ fatuus fui cũ te ignarũ legũ doctorẽ iuris ciuilis feci. Erat enĩ doctor legatus & parũ doctus hoc dicto ignorantiã legati ostendit.

¶ Dictum episcopi electensis.

ALter episcopus. s. electensis: romani cuiuspiã dictũ retulit: cũ cardinali neapolitano hoĩ stolido atq; indocto redeunti a pontifice: romanus ciuis obuiasset cardinalis uero qa mos suus erat continuo ut rideret: petuit a socio: quã nam ob cãm cardinalẽ putaret ridere qui cũ id se nescire respondisset atq inqt stulticiã pontificis ridet qui se adeo ĩmeritũ cardinalem fecit.

¶ Dictũ facetũ cuiusdã abbatis.

SVbdidit & alius duo facete aboratoribus hi duo abbates ordinis sancti benedicti erant concilii constantiensis dicta qui cũ ad Petrũ de luna antea apud hi-

ſpanos & gallos pontificẽ noīe cõcilii uenissent: atq; is illis cõ-
ſpectis duos coruos ſe adire dixiſſet minime mirũ uideri debe-
re alter reſpondit ſi corui ad eiectum cadauer accederẽt expro
bans ei ꝙ a concilio dãnatus pro cadauere haberetur.

¶Dictum facetum.

IDem in altercatione quã ſuper iure pontificatus cum ipſo habeant: cũ Petrus dixiſſet hic eſt archa Noe deſignãs apud ſe ius eẽ apoſtolice ſedis: & in archa Noe inquit belue fuerunt per multe.

¶Mirabilia per librarum dicta.

LIbrarius meus Ioannes noīe: qui nuper ex ea quã uocauit britanniã redierat retulit mihi in cena ad octauã Idus octobris penultimo Martini anno quædã miracula quæ ſe uidiſſe aſſerebat: hõ doctus & minime mendax primũ eſt ſanguinẽ inter ligerim biturigas a pictones pluiſſe: exq; ea pluuia ſanguine pfuſos lapides uideri: hoc quoniã accidiſſe ſæpius hyſtorie ꝓdiderũt: minus mirãdũ uidetᷣ: qđ ſequitur nequaq̃ credidiſſem: niſi aſſeuerãtis iuſiurandũ acceſſiſſet. In feſto Petri & Pauli apoſtoloꝝ: qđ ẽ in mẽſe Iunii: ait quoſdam meſſores in patria ſua cũ pridie neſcio quid feni in agro reliquiſſent: contẽpto die fenũ amitteretᷣ: rediiſſe ad metendũ id qđ unica hora effici potuiſſet. Sed dei iudicio meſſores diutius uagatos eſſe per agrũ metentes: neq; aliud quicq̃ die noctuq; agentes abſq; cibo & ſomno: neq; uero pluribus diebus aut illos agrũ exire: aut alios ad illos ut ſciſcitarentᷣ quidnã id ſibi uellet accedere potuiſſe: cũ multi circũſtarent fatuos illos eſſe exiſtimantes uidiſſe ſe illos metentes librarius aſſeruit: qđ uero illis poſtea acciderit neſcire ſe dixit.

¶Mirabile iudiciũ ex contemptu ſanctorũ.

HIc alter ex ſenatoribus meis roletus noīe patria rothomagẽſis ſe haud diſſimile miraculũ uidiſſe ex contẽptu ſanctorũ dei affirmauit eſſe ait iuxta caſtellum ciuitatis parrochiã quandã dicatam beato Gorhardo cuius ſo-

lenis cũ esset dies parrochiani oẽs ingens de more festũ cum ꝓcessione & pompa agebãt: adolescentula uero alterius parrochie cum illos derideret nomenq; sancti sperneret & eoꝝ cerimonias se in eius contemptũ filaturam dixit: ac deinceps colum sumpsisse & fusum: hæc aũt subito manibus & digitis magno cum dolore hesissent: ita ut auelli nequirẽt. Adolescentula uero muta esset facta: nutu nã uoce non poterat dolorẽ & cãm significabat: & tandẽ accurrente hoĩum multitudine ductam ad altare sancti quẽ contempserat atq; ibi noto suscepto & restitutam uocẽ & colum fusumq; e manibus cecidisse hæc in sua parrochia accidisse dixit: ita indubie ut mihi incredulo aliquã fidem facere uideretur.

¶ Facetũ de sene quodã qui asinũ portauit sup se.

DIcebatur inter secretarios pontificis: eos qui ad uulgi opinionẽ uenirẽt miserrima præmi seruitute: cum haud q̃q̃ possibile esset cũ diuersa sentirẽt placere oĩbus: diuersis diuersa ꝓbantibus: tũ quidã ad eã sniam fabulã retulit quã nuper in alamania scriptã pictãq; uidisse: senẽ ait fuisse qui cũ adolescentulo filio præcedente absq; onere asello quẽ uẽditurus erat ad mercatũ ꝓficiscebatᷣ: ꝑtereuntibus uiã quidã in agris opus faciẽtes senem culparunt ꝙ asellũ nihil ferentẽ: neq; pater: neq; filius ascendisset: sed uacuũ onere sineret: cũ alter senectute alter ætate tenera uehiculo egeret: tũ senex adolescẽtẽ asino ĩposuit: ipse pedibus iter faciens: hoc alii conspicientes increparunt stulticiã senis ꝙ adolescente q ualidior esset super asinũ posito ipsa ætate confectus pedes asellũ sequeretur. Immutato consilio atq; adolescente deposito: ipse asinum ascendit: apulum uero progressus audiuit alios se culpantes quod paruulum filium nulla ratiõe ætatis habita tanq̃ seruum post se traheret ipse asello qui pater erat insidẽs: his uerbis permotus: filium asello secũ superimposuit hoc pacto: iter sequens interrogatus inde ab aliis: an suus esset asellus: cum annuisset castigatus est uerbis ꝙ eius tanquã alieni nul-

lam curam haberet minime apti ad tantum onus: cum satis unius ad ferendum esse debuisset hic homo perturbatus tot uariis sententiis: cum neq; uacuo asello: neq; ambobus: neq; altero superimpositis absq; columnia progredi posset: tandem asellum pedibus iunctis ligauit atq; baculo suspensum suo filiiq; collo superpositum ad mercatū deferre cœpit oībus propter nouitatē spectaculi ad risum effusis: ac stulticiā amborū: maxime uero patris increpantibus: indignatus ille supra ripā fluminis consistens ligatū asinum in flumen deiecit: atq; ita amisso asino domum redit ita bonus uir dum oībus parere cupit: nemini satisfaciens asellum perdidit.

ℂ Hominis maxima imperitia.

Recitabantur aliquando littere corā prioribus Florētinis narrantes quædā de hoīe nō satis reipublice accepto. Cum uero nomen illius sæpius referri in litteris necesse fuisset accidit ut noī illi adderetur præfatū ut dicā Paulum: tum unus ex adstantibus litterarū rudis existimans uerbū illud honorificū esse: & magnā aliquā laudē in præfati noīe contineri ac si sapientissimū aut prudentissimū scripsisset statim uociferare cœpit rem indignam eē ut homo improbus hostis patriæ præfatus appellaretur.

ℂ Alia hominis imperitia.

Similis huic contribulis meus Matheozius nomine: homo rusticus risum multis commouit: nam die festo in conuiuio sacerdotum cui præparando ipse nōnullīq; alii præfuerant: eum post cibum gratie sacerdotibus: plures enim ex longinquo conuenerant agende eēnt: hic cui negocium de mandatum erat admodum senex uerba faciens patres mei si quid defuit uobis inquit ignoscite: non fecimus quid debuimus: sed pro modo facultatis nostre tractauimus uos secundū uestram ignorantiā putauit hō rudis qui aliqđ uerbum resonans quærebat se id pro sūma laude dixisse: ac si prudentiam aut sapientiam dixisset.

¶ De quodam sene barbare.

V Ir dictissimus atq; humanissimus oīum Antonius luscus retulit nobis interloquendū post conuiuiū rem ridendā. Est cōis loquendi modus cū quis uētris crepitū edidit ut circūstantes ad barbā eius qui nihil cuiq̄ debet dicant. Senex quidā Vincentiæ barba admodū ꝓlixa uocatus a creditore in iudiciū corā præside ciuitatis. Is Vgulottus biācardus fuit uir doctus atq; seuerus cū multis uerbis iactabundus clamitaret se nullius ulla in re debitorē eē repetēs sæpius nihil cuiq̄ se debere facete huic otius. Vgulottus ait atq; hanc tuā fetidā barbā quæ nos malo odore conturbat amoue. Cū ille stupidus quāobrem feteret adeo grauiter postulasset: referta est inquit Vgulottus oībus bombis quæ usq̄ ab hoībus edita sunt: cum ad barbam eius qui nullum habet debitum reiciantur hoc dicto perfacete elusit hominis iactantiā ridentibus qui aderant omnibus.

¶ Cōparatio quædā Caroli bononiēsis de quodā notario.

C Vm cenaremus ī palatio pōtificis nōnulli īter quos & secretarii erant: orto sermone de eorū ignorantia quoꝝ doctrina oīs ac scia pendet ex scriptis formulis neq; eaꝝ causas afferunt sed tantū dicūt: sic scriptū superiores stilo reliquisse Carolus bononiensis uir admodū festinus hi simillimi sunt inquit notarii cuiusdam & nomen retulit cōciuis mei ad quē cū duo accessissent contractus uenditionis inter eos conficiendi gratiā atq; ille sumpto calamo scribere incipiens: quæsisset eorū noīa & alter Ioannes, Philippus alter sibi nomen esse dixissent. Respondit uestigio notarius id instrumentum: ita enī appellant: confici inter se non posse: quærentibus illis cām: nisi inquit uenditor Conradus emptor uero ticius uocetur: hæc enī sola noīa informulis suis didicerat: rogari aut iure cōsistere hic cōtractus nequit: cū uero se noīa mutare non posse dicerent: ille in sīia ꝑstaret: quoniam ita formule sue continerent hoīes missos fecit cū non auderet noīa īmuta-

re abierunt illi ad aliũ relicto hoie insulso q se crimẽ falsi subire existimauit si scripta in formulis suis noia cõmutasset.

¶ De doctore florentino ad reginam destinato qui concubitum postulauit.

INcidit etiam sermo interiocandũ de stulticia nõnullorũ qui oratores mittunt ad principes: cumq; aliqui noiati essent: ridens Antonius luscus nunquit nam audistis temeritatẽ florentini tui me intuens: quẽ populus florentinus ad Ioannã reginã quondã neapolitanam destinauit Franciscus id noie fuit doctor legũ licet admodũ idoctus qui cum regine mandata quædam exposuisset postridieq; ad eã reuerti iussus: audisset interim reginã haud aspernari uiros præsertim forma cõspicuos: ad reginã rediit multisq; ultro citroq; dictis: tandẽ secum ea secretiora quædã loqui uelle dixit: tum regina cum hoiem in remotius conclaue aduocasset existimãs aliquid esse occultius quid cõmunicandũ cum pluribus non esset: stultus ille qui sibi de propria forma plurimum persuaserat: reginam concubitus postulauit: tum illa nihilo immutata uultum hominis inspiciens comiter nunquid ait hoc tibi florentinum mandatis quoq; dedere: tacentem atq; erubescentẽ oratorem ut huius rei mandatum afferreret dicens abire ab se absq; indignatione iussit.

¶ De hoie qui diabolũ in imagine mulieris cognouit.

VIr doctissimus Cincius romanus mihi sæpius retulit rẽ haud contẽnendã quã uicinus suus minime insulsus hõ sibi accidisse narrabat ea est hmõi. Surrexerat is aliqñ ad lune splendorẽ existimans circa diluculũ esse cum nox esset in tempesta ut proficisceret ad uineã suam prout est mos romanis uineas diligenter colere, Egressus porta ostiensi: excitis eni custodibus ut ea apperiretur rogarat: mulierem conspexit se præcedentem existimãs uero aliquã esse quæ deuotionis gratia sanctum Paulum uisitaret: cum exarsisset in libidinẽ gradum properauit ut eam consequeretur & quoniam

sola esset id facilius se assequi putabat. Cum ad eam appropinquasset ad semitã erecta uia diuertit: hic hõ celerius ambulauit ueritus ne mulieris occasionẽ oblatã amitteret progressus paulũ in diuerticulũ mulierem compræhendit tacentẽ ad terram strauit cognouitq;: quo facto illa subito euanuit relicto fetore sulfureo homo in terra herbida se esse sentiens: paulum absterritus surrexit domũq; rediit: demonis eã illusionẽ fuisse omnes arbitrabantur.

¶ Alia fabula per Angelotũ dicta.

ADerat Angelotus episcopus anagninus cũ hæc Cincius recitasset & alterã huic similẽ fabellã dixit. Affinis inquit meus: noĩe eũ appellans: cum noctu urbis deserta perambularet: obuiã mulierẽ quã existimabat: & quidẽ speciosam forma ut uidebatur cognouit: tũ illa ad eũ terrẽdum in hoĩs turpissimi formã uersa: & quid egisti inquit: equidẽ te isulse decepi: tum illo ut iubet interpidus inquit: & ego tibi culum maculaui.

¶ De aduocato qui ficus a litigante acceperat.

HVmanissimus ac facetissimus uir antonius luscus culpantibus nobis ingratitudinẽ eorũ qui ad fatigãdos hoĩes sunt prompti ad promerendũ remissi. Vincentinus inquit meus qui aduocatus erat hoĩ prædiuiti sed auaro cũ multotiens illi in causis affuisset: neq; quicq̃ tulisset p̃mii: tandẽ difficiliori in causa qua sibi adesse ad eũ defendendũ rogarat die ad tuendã causam præscripto eo autẽ die cliens ficus & p̃sica aduocato miserat: ad tribunal accessit aduersariis multa contra illũ dicentibus semper clauso ore tacuit: neq; uerbũ ullũ quãuis lacessentibus illis unquã protulit: admirantibus singulis cum cliens quid nã illud silentium sibi ue let percontaretur: persica inquit ficusq; quæ misisti: ita os meũ congelarunt ut nequeam uerbũ proferre.

¶ De Medico qui in uisitatione infirmorum tanquã indoctus ipsos interfecit.

MEdicus indoctus sed uersutus cũ infirmos adhibito discipulo uisitaret: tãgens ut moris est pulsum si quẽ grauiorẽ solito sensisset: culpam in ægrotum conferebat asserens aut ficus aut pomum aut quid aliud a se prohibitum comedisse: quod cum sæpissime faterentur ægri uir diuinus uidebatur: qui ita errores morbo laborantium aĩaduerteret. Hoc admiratus p̃sæpe discipulus: rogauit medicũ quonam modo pulsus ne tactu an alia quadam altiori disciplina perciperet: tum ille pro eius in se obseruantia hoc archanum reseraturum policitus. Cum peruenio in cubiculum ægroti ait, circumspicio in primis diligenter si quid reliquiarũ aut fructus cuiuspiam aut alterius rei in pauimento supersit: ueluti si castanee aut ficus corticem uel nucis testam aut pomorũ frustra aut aliud quippiã uiderim: coniector infirmũ tale quid ex his comedisse & sic ægrotum incontinentiam in morbis grauioribus incuso: ut uidear procul a culpa si deterius se habuerint: haud multo post discipulus & ipse quoq; cura medendi suscepta: sæpius eodem malo ægros culpabat asserens ædendi formulã ab se datam excessisse: & aliquid ædisse prout ex reliquus coniectura assequi poterat. Semel ad rusticanũ inopem hominẽ accessit: cui cum ualitudinem pristinam se euestigio restiturũ promisisset si normã suam seruaret: data nescio qua portione abscessit: postridie reuersurus: cum redisset grauiori morbo eger afflictabatur: hic hõ stultus ac rudiis causam nesciens cum huc atq; illuc deflexisset oculos: nullasq; eiusmodi reliquias uidisset: estuans animo tandem sub lectulo aselli clitelam conspexit: tum clamitare cœpit euestigio tandem se percipere cur deterius se haberet æger: magnum excessum esse ab eo factum quo mirabatur illum minime mortuũ esse asinum quippe ægrum comedisse asserebat: existimans sellam decocti asini uelut hos carnis reliquias uideri. In stulticia sua depræhensus hõ ridiculus multos ad risum excitauit.

¶ De duobus in re pecuniaria litigantibus.

Ppidū eſt bononienſiū noīe medicina eo miſſus eſt poteſtas ut aiunt homo rudis atq; īprudens ad quē cū duo litigantes de re pecuniaria acceſſiſſent: ac prior qui creditorē ſe dicebat ſibi pecuniā certis ex cauſis deberi dixiſſet: uerſus in debitorem poteſtas male quod te habes ait: non huic debitū reddis: cum negaret alter ſe quicquā debere: cū iam illi ſatiſfactum eſſet: creditorem ſtatim increpauit: qui peteret quod non deberetur: illo rurſus cauſam ſuā tuente ac debiti rationem afferente. Debitorem acrius iterum increpauit qui rem tam manifeſtam negaret. At is aliis rationibus in mediū deductis: cur ſolutus eſſet debito ptās quoq; creditorem obiurgauit qui peteret rem ſolutā. Ita cū ſæpius ſe ad utriuſq; uerba uertiſſet: uir ridiculus utraq; pars īquit eſt uictrix & uicta quo licet a beatis. Ita conuentū re in diſcuſſa permiſit hoc recitatum eſt inter ſocios cum quidā nobis notus ſæpius in eadem re ſententiā mutaret.

¶De medico indocto qui urine gratia iudicauit mulierē: coitu indigere.

Grotabat apud nos mulier quā noui Ioanna noīe. Accedens ſcitus & doctus medicus ut morbū curaret urinā: cuius ſeruande cura adoleſcenti filie innupte: demandata erat: ut moris eſt poſtulauit: hæc antea oblitā ſuā pro ægre urinam medico oſtendit: ſtatī mulierē indigere coitu medicus affirmauit: cū id uiro nunciatū extitiſſet curato in cena opipere ſtomacho cū uxore concubuit: illa cū hoc ſibi ex debilitate moleſtiſſimū eſſet: ignara enī medici conſilii erat clamaretq; ſæpius ob rei nouitatē quid agis mi uir me quidē occidis: tace uir inquit hæc optima eſt ex medici ſententia ad te curandum medela: nam iſto quidē pacta liberaberis & reſtituetur ualitudo: neq; enim fefellit opinio: nam cum quater eam ſubagitaſſet: poſtero die omnis febris abſceſſit ita medici deceptio cauſam præbuit ſanitatis.

¶De uiro qui uxorem ægrotā cognouit & conualuit.

REm similē in oppido ualentiæ quidā accedisse cōtribuli suo interiocandū recitauit: ait adolescētulā nuptam notario admodū iuueni quæ nō multo postq̄ ad uirꝝ ierat: graui morbo egrotaret cœpit: adeo ut oēs morituiā existimarent: nā & medici sanitatē desperauerāt & mulier adolescentula amissa loquæla: clausis oculis intercluso spiritu mortua uidebat͛: dolebat uir tā cito eripi uxorē sibi quā raro cognouerat: & eā ut æquū erat sūme amabat: decreuit ergo cū uxore anteq̄ ea expiraret coire. Semotis oībus cum nescio q̄d se acturū secreto dixisset uxorem cognouit. Illa euestigio tanq̄ uir nouam uitā in corpus eius indidisset cœpit spiritum ducere atq; oculis subapertis post Paulum loqui & sub missa uoce uirum appellare: qui cū letus rogasset: nunq̄d uellet potum petiuit: quo atq; deinceps cibo dato conualuit: cuius causam præstiterat matrimonii usus: exemplo igitur arguit͛ morbis mulierum eam rem plurimū conferre.

De hoīe non litterato qui dignitatem archipræsbyteratus ab archiepiscopo Mediolanensi postulauit.

QVærebatur aliq̄do de cōditione tpoꝝ ne dicā hoīum qui in ecclesia principatū tenent: nā posthabitis doctis ac prudens uiris īdocti & nullius p̄cii hoīes extollunt͛ tū Antonius luscus nō est inq̄t magis pontificum q̄ cæteros principū culpa apud quos fatuos & ridiculosos hoīes ī deliciis hēri doctrina uexo excellentes reici uidemus. Erat olim ait apud Priscū illū. Canē principē ueronensem periocundus hō noīe nobilis rudis atq; indoctus sed facetiaꝝ gr̄a acceptissimus Cani & ob eā ab eo: erat. n. clericus pluribus ecclesiis donatus: hic cū oratores uiri excellētes ad archiep̄m Mediolanēsem antiquiorē illū qui ciuitati īperabat a principe mitterent͛ se in eoꝝ societatē contulit: expositis mandatis oratores cū reuerti uellent: nobilisq; ut erat hō cōfabulator risum archiep̄o mouisset potestatē fecit si q̄d ab se uellet petere archip̄sbyteratum quendā magne dignitatis sibi dari nobilis postulauit.

Tum ridens archieps hois stulticiam: uide quid petis inqt maior est hæc res q̄ uires tue ferre possint: homo enim es inscius litterarū & apprime indoctus: atqui statim & confidenter respondit nobilis: more quidē patrio id facio: nam Verone nulla litteralis uiris sed indoctis & insciis beneficia conferuntur: risimus facete hominis dictum qui quod Verone stulte fiebat & alibi fieri debere arbitrabatur.

ℭDe meretrice conquerente de tonsoris maleficio.

MAgistratus est Florētiæ quē officiales honestatis uocant hoꝝ ꝑcipua cura est in iure meretricibus dicendo curādoq; ut in ciuitate absq; molestia eē possint: accessit ad eos semel meretrix quæsta iniuriā dānūq; a tonsore illatū qui in balneū accersitus ab ea ut partes inferiores raderet: rasorio ita cunni partē incidit ut pluribus diebus hoīes ad mittere nequiuisset: ex quo dāni infecti illū accusabat amisi lucri restitutionē petens quærit̃ quæ sit futura sententia.

ℭDe religioso cui uidua confitebatur.

AVdiebat religiosus ex his q̄ uiuere inobseruantia dicuntur uiduam formosam Florentiæ peccata sua cōfitentē cū mulier interloquēdū uiro hereret & faciem suam ut secretius loqueret̃ ꝓpius admoueret: anhelitus autē iuuenilis uiꝝ cōcalefecisset: cœpit tandē qui iacebat caput erigere adeo ut paulo hoīem torq̄ret: cū ille molestia carnis oscitās & se cōtorquēs cuperet mulierē abire: illa uero sibi pñiam iniungi peteret: penitentiam inquit ille indidisti tu mihi.

ℭDe uiro qui sue uxori mortuum se ostendit.

IN mōte Varchio oppido nobis ꝓpinquo ortulanus mihi notus: cū semel uxore iuuene quæ pānos lotum ierat absente ex orto domū reuertisset: cupiēs qd mulier se mortuo dictura & quēadmodū se habitura esset audire se in aula ad terrā mortuo similis resupinus ꝓstrauit uxor cum domum onerata linteis uenisset: in uento mortuo prout credebat marito: dubitans herebat aīo statim ne uiri mortem la-

mentaretur: an prius: ieiuna enim meridiē usq; pmanserat comederet fame urgente cibū cape decreuit: & frusto succidie supra prunas īposito: pproperè comedit nihil præ festinatiōe potans cū sitiret nimiū carnes sallitas sumpto urceolo scalas cœpit descēdere ut uinū ex cellario hauriret: supueniēs de īprouiso uicina ignis petēdi grã cū subito scalas ascēdisset: statī mulier abiecto urceolo sitibūda ueluti tūc repēte uir exalasset animā exclamare cœpit: & mortē eius multis uerbis plāgere: supuenere ad ululatū ploratūq; uicina omnis uiri ac mulieris ob mortē tuā repentinā. Iacebat enī uir atq; ita spūm cōtinebat clausis oculis ut oīno expirasse uideret: tandē cū uisum ei eēt satis ludo℞ dedisse uociferante muliere ac dicente sæpius mi uir qūo nūc faciam ille apertis oculis male inqt uxor mea nisi euestigio potum uadas ex lachrymas ad risum omnes conuersi sunt audita præsertim fabula & causa sitis.

¶ De bononiensi adolescentula simplici.

ADolescentula bononiensis nouiter nupta quærebat apud honestissimā matronā mihi uicinā: se acriter nimium ac persæpe a uiro uapulari: quærente quãobrem matrona respondit uiℛ egreferre eā dū matrimonio uteretur īmobilē in modū trunci pmanere: cur non inqt illa uiro obsequeris in lecto & uolūtati pares: tum illa nescio domina qūo id fiat ait: nunq̄ enim aliqs me docuit qūo id agendū eēt nā si id scirē nō paterer me uerberibus a uiro cedi: risit mulier simplicitatē puellam quæ ēt quæ natura percipiunt fœminis ignoraret hoc uxori postea per iocum recitauit.

¶ Responsio confessoris ad Bernabouē principē.

BErnaboues princeps Mediolani: fuit admodū mulierosus. Is cum aliquando solus in orto semotis arbitris. cū mulier quā amabat lasciuus iocaretur supuenit de improuiso religiosus quidā confessor eius: cui propter sapientiam & auctoritatē semper ad principē petebant fores. Erubuit simul & indignatus est princeps insperato confesso-

ris aduentu: Pauloq; cõmotior ut eũ in rñso caperet qd inquit ageres si tu quoq; cũ eiusmõi muliere i lecto eẽs: at ille qd me deceret ait scio qd uero facturus essem nescio: hoc respõso irã princeps flexit cũ se quoq; hoiem eẽ & labi posse fateretur.

¶De seruo obliuioso ex pondere defatigato.

Robertus ex albitiorũ familia uir doctus & perhumanus hẽbat famulũ quendã insulsum obliuiosum & igenio tardo: quẽ ille magis humanitatis q̃ utilitatis cã nutriebat: hunc aliq̃do cũ certis mandatis misit ad amicũ suũ degum noie qui habitabat prope trinitatis pontẽ ad quẽ cũ accessisset rogatus quidnã a patrono afferret noui: ille oblitus patroni uerborũ ueluti stupidus ac cogitabundus qd diceret hesitabat: conspecta hois quẽ probe nouerat taciturnitate statim scio inqt quid uelis: & ostenso pergrandi lapideo mortario cape hoc ait: & ad patronũ tuum nã id postulat q̃ primũ feras: hunc Robertus mortariũ humeris ferentẽ a longe cum aspexisset: cogitans q̃ erat id ad puniendã famuli obliuionẽ factum cum appropinquasset: malũ tibi insulse ait: qui non recte uerba mea percepisti: redi inquit euestigatio: nam tã grande nolo & minusculũ porta. Ille sudans ac pondere fessus: cum se errasse fateretur: ad amicũ reuersus aliud quoddã tertio reportauit: hoc pacto insulsitas hois est mulctata.

¶De homine qui mille florenos uult expendere ut cognosca & responso meum facta.

Quidam e nostris florentinus adolescens haud magni consilii amico narrauit peragrãdi orbis cupiditate se mille florenos uelle expendere ut quanti esset nosceretur tum alter cui probe notus erat satius est inquit duo milia expendas ut des operam ne cognoscaris.

¶Locatio Dantis clarissimi.

Dantes poeta noster cum exul senis eẽt & aliquãdo in ecclesia minorũ cubito super altare posito cogitabundus aliquid secretius scrutaretur aio: accessit ad eum

quidã nescio quid molestius petens: tum Dantes dic mihi inquit quæ est maxima oíum beluarũ. At ille elephas respondit cui Dantes o Elephas sine me inquit maiora uerbis tuis cogitantem & noli esse molestus.

¶ Iocunda responsio mulieris facta ad quædã quærentem an uxor sua per.xii.menses posset parere.

FLorentinus ciuis peregre profectus: cum post annũ qua die domũ rediit: uxorem parturientẽ depræhendisset: ægre hoc ferebat suspicans uxoris peccatũ con silii tamen causa cũ penderet aío: quæsiuit a uicina mana matrona nobili & peracuta an filius sibi.xii.mensium nasci posset. At illa stulticia hominis conspecta uirũ consolata certe inquit: nã si tua uxor qua die concepit: asinũ sorte uidisset more asine annũ integrũ partũ gestabit: acq̃escens uir matrone uer bis & ei gratias agens ꝙ se suspitione haud parua uxorem ma gno scandalo liberasset natũ puerũ suũ dixit.

¶ Interrogatio obscena cuiusdã sacerdotis.

IVxta portam perusinã est ecclesia sancti Marci: in ea Cicero sacerdos in die solẽni in quo plebs omnis cõuenerat: cum sermonem de more haberet: postremo inter cætera fratres inquit magno quidẽ errore liberari a uobis cupio. Hac quadragesima cum audirẽ confessiones uxorũ uestrarũ: nullã reperi quæ non profiteretur se fidẽ uiro inuiolatã seruasse: uos autẽ ferme oẽs fassi estis alioꝝ uxores cogno uisse: ne ergo hac in dubitatiõe diutius uerser scire a uobis cu pio quæ aut ubi nam sint iste mulieres futuræ.

¶ Ridenda hominis aduersus oratorẽ perusinorũ.

QVo tempore florentini cum pontifice Gregorio bellũ gerebãt oratotes perusinoꝝ qui a pontifice desciuerant florentiã ꝓ subsidio uenerũt: hoꝝ unus doctor cũ longã orationẽ exorsus: primis uerbis tanq̃ ꝓhemii loco date nobis de oleo uro dixisset: alter festinus hõ cui ambages uerboꝝ odio erant: q̃d hoc est oleũ inq̃t: oleũ tu postulas

cum milite egeamus: an oblitus es nos arma nō oleū postulatum uenisse. Cū ille uerba hæc sacre scripture esse respōderet bella res est inqt: alter nos quidē hostes sumus ecclesie & tu sacrā scripturā in nostrū auxiliū profers: riserunt oēs hoies festiuitatē qui doctoris superfluā uerborū superstitionē cum ad calcem ueniendū esset eiusmodi dictis lusit.

¶ De oratoribus perusinis ad pontificem Vrbanū.

AD Vrbanū quoq; quintū pontificē Auinionē: perusini oratores numero tres cū accessissent: pōtifex a sit graui morbo teneret: tamen hoies diutius suspensos teneret ad se uocari iussit admonitos antea ut paucis loquerētur: unus doctor qui orationē longā in uia: quā habiturus eēt ad pontificē menti cōmendarat nulla rōne habita morbi: aut q; in lecto iaceret multis uerbis usus est ita ut pontifex sepius molestiā a udiendi præ se ferret. Cū tandē indoctus ille porasset: quæsiuit sua humanitate pontifex nunquid aliud uellent: tum alter lex oratoribus qui dicentis stulticiā & pontificis molestiam percepisset: pater inquit sanctissime habemus hoc in mandatis nostris ut nisi nobis euestigio pro his quæ petemus feceritis satis: socius hic meus anteq̄ hic recedamus uobis iterum referat sermonē suū quo facete dicto cū arrisisset pontifex oratores euestigio expediri iussit.

¶ Insulsum dictum oratorē florentinoꝝ.

NOstri florentini oratores in galliā missi: cū Mediolanū puenissent. Bernabouē principē honoris gr̄a uisitarunt rogati ab eo primo cōgressu q nā essent florētinoꝝ & ciues & legati si uobis placet qui mos ē loquēdi respōderunt comiter ab eo accepti dimissiq; cū iā uercellas deuenissent: recēsentes q̄ hactenus egissent: uenit in mentē uerborū qbus ad Bernabouē usi erant. Et cū unus male ab eis dictum diceret si uobis placet nā ēt si displiceret: tamē & florētini & ciues & oratores essent: omnes sniam suam approbarunt id per peram prolatum neq; ex eoꝝ dignitate asseuerantes. Cōi igit̄

consilio ad retractanda ea uerba Mediolanũ reuersi principẽ adierũt: tum senior qui & doctior uidebatur: princeps inquit cum uercellis essemus uenit in mẽtem dixisse nos tibi nos florentini oratores & ciues esse si tibi placeret insulse ac iscire dictum: nam placeat an displiceat sumus florentini: & ciues & oratores. Risit princeps de cætera seuerus hoĩum stultã curã sibi placere asserens: ꝙ hii essent quos credebat.

Facete dictũ cuiusdã Ioannis Petri senensis.

IOãnes Petrus ciuis senensis ad facetias & iocos ꝓmptus: semel Rome ĩuitatus ad potũ: mane. n. & estas erat a Bartholomeo de bardis: cũ plures una cõuenissemus: tũ portandi: tũ ornãdi hoĩs cã: atqꝫ eẽt unicuiqꝫ ut moris est an potũ particula panis oblata sumptũ panẽ cũ alii comederent: solus partẽ suam seruabat in manu: rogatus cur & ipse non ederet: ridens Bartholomeo inquit hic tuus panis ultra oẽs quos uiderim reuerens est: ac modestus: nã cũ sæpius hũc ad os admouerim nullo tamen pacto potius sum ut uelit uinũ præire risimus oẽs facete dictum eius qui existimabat cibum non semper in magna præsertim siti præire oportere.

De uiro qui uxori uestẽ magni præcii fecerat.

QVerebatᷣ uir qdã cũ uxori uestẽ magni præcii fecisset nunq̃ se mrĩmonio usum qn amplius aureo nume cõputari posset: cui uxor hoc qdẽ inqt tua accidit culpa cur eni nõ totiens cõcubitu uteris ut nũmulo ereo constet.

Recitatio iocosa de medico.

REtulit mihi cardinalis burdegalensis quendã contribulẽ suũ: cũ sero domũ rediisset clamare cœpisse se crus uehemẽter dolere: uxor cũ oleo rosaceo crus ꝑunxisset stuppa & lana additis: fascina ĩsuplinea circumuoluit hõ cum dolore præmi se diceret: ac gemens medicũ postularet aduenit ille & paulatim leniterqꝫ: manum enim dolorẽ præ se ferebat: detecto crure cum palpitãs nihil in illo morbi esse diceret: tum rusticus ergo hoc alterum crus porrigẽs: quod do-

leo est inquit. Stulticia hominis periocunda qui quod doluit a medico esset admonendus.

¶ De hoie qui in somnis aurum reperiebat.

AMicus quidã noster: aurũ a se receptũ noctu p somnium referebat ĩcetu: tum quidã uide ne tibi accidat ait quod meo uicino: cui aurũ in stercus cecidit: cum somniũ narrari posceremus. Vicinus inquit noster somniauit ductũ se a demone in agrũ ad aurũ effodiendũ: & cũ multũ re perisset: non licet inquit nũc demon auferre sed signa locum ut cognosci a te solo queat: cũ alter quo signaculo uteret̃ pete ret. Cara hic demon inquit: nam hoc maximo mõ nullus hic esse aurũ suspicabitur: & tibi soli res nota erit annuit uir & statim expergefactus sensit se ĩ lecto uentrem admodum laxasse inter fetorem & stercus cum surrexisset: domum exiturus capiti capucium ultimo imposuit in quo cattus ea nocte stercus fe cerat. In quo fetore permotus inquinatũ caput & cæsariem lauit. Ita aureum somnum in merdam rediit.

¶ De secretario Federici imperatoris.

PEtrus de Vineis uir doctus & prudens Federici. ii. ĩperatoris secretarius fuit: qui cum hostis esset. Alexãdri tertii pontificis: ac bellum terris ecclesie inferret Petrũ is italicus erat: ex inuidia aduersus eum a barbaris orta lumine priuauit: deinde pnĩa ductus: iniq; enim ægerat: adsci uit eũ in secretius consiliũ suũ: cũ ĩperator angustia rei pecuniarie præmeretur: consuluit Petrus uires ecclesie suismet opi bus cõterendas capienda ad cõflanda esse ad usum belluis cũ pisis erat: ecclesiaꝶ oĩa ornamenta aurea atq; argentea inter q̃ noza illa quæ dirigebat templũ memorabilis erat placuit con siliũ Federico: & spoliis ecclesiarũ exercitũ parauit: tũ Petrus imperator ĩquit iniuriã abs te iniuste mihi illatam ultus sum: ut tibi hoĩum hodia comparasti: ego tibi deũ ex sacrilegio red didi inimicum oĩa tibi deinceps in deterius cadent: ita postea fuit: uictor tandem Alexander superbiam fregit imperatoris:

hoc dicto monuit res sacras ad profanum usum transferri non oportere qui secus facerent a deo puniri.

¶De iudeo mortuo assumpto in cibũ per florentinũ.

CVm duo iudei ex Venetiis ubi habitabant se Bononiam cõtulissent: accidit ut alter morbo correptus interiret cupiens supstes defuncti cadauer Venetias deferre cũ palam id fieri prohibitũ eẽt minuatim cõcisum in paruo dolio posuit: admixtis diuersis aromatibus & melle ita ut mirũ in modũ suauis ex dolio ꝓdiret odor: hoc Venetias ituro iudeo alteri cõmẽdauit: qui cũ nauicula secũ per canale ferrariã doliũ deferret accidit: plures. n. una nauiculã cõscẽderãt ut florentinus quidã prope doliũ consideret: & cũ nox supuenisset motus odore dolii ac suspicatus aliqd ad usum edẽdi recõditũ: eẽ clanculũ ore dolii retecto: cœpit qđ intus erat degustare: & cũ sibi cibus sapidissimus uideret᷑: totũ fere doliũ edẽdo ea nocte paulatim cõsumpsit existimãs rẽ optimã comedisse: ægressurus ferrariæ nauẽ iudeus cũ doliũ auferret: sensit ex eius leuitate uacuũ esse: tũ iudei cadauere cũ se fraudatũ uociferaret tandẽ cognouit florentinus de iudei sepulchrũ esse.

¶Visio Francisci philelphi.

FRanciscus philelphus zelotippus uxoris summa cur torquæbatur: ne cum altero rem haberet: semper dies ac noctes ad eius custodiam intentus: huic dormienti per somnium: fit enim ut quæ uigilãtes uersamus animo in somnis sæpius occurrant: uisus est demon quidam uxoris securitatem polliceri: si quæ admoneret uellet facere: & cum p insomnium annuisset idq; sibi pergratum fore diceret: simul præmium pollicitus: cape hunc ille inquit annulum & diligenter in digito serua: nam dum in eo gestaueris hunc nunq̃ uxor te inscio cum alio concubet: præ gaudio excitatus a somno sensit se digitum habere in uxoris cunno: optimum quidẽ eius anuli zelotippis remedium: ne uxores ignorantibus uiris possint esse incontinentes.

¶ De potatore.

QVidam uini potator ægregius ĩcidit in febrẽ: ex qua multo maiorẽ ſolito ſitim contraxit: accerſiti medici cũ de remouenda febri & ſiti quoq; maiuſcula & agitarent febris tantũ inquit ægrotus remouende officiũ & onus ſumatis uolo: ſitim autẽ mihi curandã relinquite.

¶ Facetum Euerardi ſcriptoris apoſtolici qui ad cardinalis conſpectum uentris crepitum edidit.

CArdinalis de comitibus uir craſſus & corpulentus cũ aliquando uenatũ iſſet eſuriẽs circa meridiẽ ad prandiũ deſcendit ſudans ad menſam: eſtas enĩ erat: ac poſcens ut uentus flabello ſibi fieret: cũ miniſtri abeſſent diuerſis rebus occupati iuſſit quendã. Euerardũ lupi ſcriptorẽ apoſtolicũ ſibi uentũ facere: at ille neſcio id ueſtro more cũ reſpõdiſſet: ut ſcis ait & tuo mõ cardinali: facito: tum ille libens me hercules & ſuſpẽſo idextro crure pergrandẽ uentris crepitum edidit: eo pacto ſe uentulũ facere ſolitũ dicẽs: quo excitati oẽs multi enim iam aderant ad riſum ſunt maximũ compulſi.

¶ Facetia alterius cardinalis iocundiſſime.

EOdem inſtrumento cardinalis tricaricẽſis alto de comitibus ſe momenti reſpõdit: nã cũ cardinalis eẽt uite diſſolutioris. Altus uero illũ in uenatiõe admoneret multis uerbis ad melioris uitæ mores auditis alti uerbis in eum paululũ reſpexit ad eueſtigio ſe in equi caput reflectẽs uẽtris crepitũ edidit ingentẽ: inquiẽs ad barbã tuã quo ſolo reſponſo abiit: oſtendens quãti faceret ſuas monitiones.

¶ De muliere quæ cũ cooperiret caput culũ detexit.

MVlier capite ob defectum cutis abraſo euocata foris uicina ob rem neceſſariam ĩmemor præfeſtinatione caput tegere: domo egreſſa eſt: eam conſpicata altera fœmina increpat ꝙ nudo capite atq; inuenuſto in publicũ prodiſſet: tum illa ut caput tegeret ueſtes retrorſus a natibus ſublatas cum caput cooperiri uellet culum detexit: ridere qui

aderant cœpere mulieris factum: quæ ut leuis pudoris culpã uitaret maiorem contraxit: hoc eos respicit qui paruum delictum grandiori scelere occultare quærunt.

¶ Fabula facetissima cuiusdã q lr̃as uxori & mercatori miserat


Rancisco de ortano æquiti neapolitano: quem Ladislaus rex præfecerat ciuitati Perusine: littere & ab uxore & ab ianuẽsi mercatore cui mutuo creditas pecunias debebat: simul reddite fuerunt. Altere ab uxore eum rogabant ut domum rediret coniugalis officii & fidei date acciti redditus admonentes: altere ut creditam redderet pecuniam poscebant: mercatori ut æquum erat se q̃ primum ei satis esse facturum respondit paruulam nescio quã dilationẽ petens: uxoris uero desiderium multis blandiciis & pollicitationibus leniebat: se illuc euestigio accessurum scribẽs & omnia facturum per quæ resarciret amissas coniugii uoluptates utẽs ꝓut ad uxorem par erat uerbis Paulo lasciuioribus: in quibus & illud erat adiectum se eam multimode cogniturum: seu ut uerbis suis utar futurum. In obsignandis epistolis ad mercatorem uxoris ad uxorem uero mercatoris litteras inscripsit: accepta uxor epistola mirata est admodum nihil sibi responderi ad ea quæ scripserat. Ianuensis uero per lectis ad se litteris cũ res iocosas atq; uxorias continerẽt: in quibus illud erat præcipuũ se reuersurum & cum ea sæpius coiturum atq; alia Paulo obseniora existimans se uerbis deludi ad regem profectus est: ostẽtans litteras ac conquerens sibi pro numis debitis coitũ ꝓmitti seseq; satis futurum fuisse eo die clamitans quo ille pecunias credidisset: omnibus ad risum conuersis magis postmodũ epistolarum errore cognito risere.

¶ Fabula Dantis qui sæpius uxorem suam increpabat.


Ontribulis meus Dantes noĩe cuius uxor ferebatur parũ pudica: cũ sæpissime admonitus eẽt a sociis ut ꝓhiberet turpitudinẽ domus: uxorẽ acrius ĩcrepabat. Illa multi lachrymis iuramẽtisq; honestatẽ suam tuebatur: as

ſerent ea a maliuolis confingi qui eorum quieti inuiderent pſuaſus uir eiuſmodi uerbis cũ adhuc amici in increpanda uxore perſtarent: hohe ne me his uerbis obtundatis amplius dicite inquit: illa ne an uos ſua errata melius noſtis. Cum illi uxorem affirmarent: illa uos omnes mentiri affirmat cui ſoli magis q̃ uobis omnibus præſto fidem.

¶ Teſtatio cuiuſdam ſenis facta uxori.

PEtrus Maſini ciuis noſter admodũ mordax in loquẽdo fuit. Is cũ ſenex diẽ ſuũ ebiret condito teſtõ nihil præter dotẽ reliquit uxori: hoc illa cum grauiſſime ferens apud uiꝝ ſe poſtpoſitã neq; ſibi ab eo quicq̃ relictũ quæretur cõtẽderetq; multis cum lachrymis ut aliqd̃ ſue ſenectuti ſubſidiũ legaret: uocate notariũ ac teſtes uir moribũdus inqt ut aliqd relinquatur uxori quibus ſubito accerſitis: adſtante uxore ad teſtes conuerſus: Petrus hæc me obtundit ait: ut aliquid ſibi relinquã: ei ergo ut morem geram: uos teſtes aduoco qui adeſtis me ſibi relinquere fetidiorem & ampliorem uuluam aliq̃ alia huiuſce ciuitatis muliere hoc dicto ridentes oẽs abiere eluſa muliere ac meſta reſponſo uiri.

¶ Narratio quædam zuchari de muliere a præſbytero medelam quærente.

z Vcharus uir oĩum urbaniſſimus: narrare ſolebat mulierem quandã haud ſpernende formæ uicinã ſuã quæ ſterilis erat: quæſiſſe ſæpius a ſacerdote confeſſore ſuo an ſciret aliq̃ medelã ad liberos cõcipiẽdos. Illũ poſtremo annuiſſe ac mãdaſſe ut die Iouis eiuſmodi rei apta ad ſe ueniret: cũ acceſſiſſet filiorũ cupida mulier ad camerã ſacerdotis: utar ille inquit incantatione quæ inducit multas uariaſq; illuſiões ita ut quæ non fiunt fieri uideantur: itaq; cõſtantia & firmitate animi opus eſt ne res incaſſum euadat: uidebitur tibi ut te tangã: oſculer: amplexer: & ſecretiora ẽt faciã quæ uir tuus cõſueuit: attamen nihil eorũ erit: ſed ita uidebitur ex ui uerborũ quibus utẽdum eſt quæ adeo eſt efficax: ut quæ nõ ſunt eẽ ui-

deantur consensit mulier confidens cōpatris uerbis & se has præstigias paruifacturam dixit. Sacerdos multis pactis signis dictisq; in aurē secretioribus uerbis cœpit mulierē osculari & ī lectū sternere: cū illa tremebūda qd nā cōpater ageret q̄reret nōne p̄dixi antea inq̄t quæ nulla eēnt p ueris uisum iri: ita mulierē credulā bis cognouit sp affirmans id nihil esse hoc pacto mulier se delusam falsa imagine existimans rediit domū.

¶ De heremita q multas mulieres in concubitu habuit.

HEremita quidā Padue erat Ansimirius noīe tpe Frācisci ducis Patauini septimi: hic cū uir sanctus haberetur multas mulieres etiā nobiliores p confessionis spēm ad cōcubitū pellexit: uulgata tandē neq; enim diu hipocrisis celari pōt scelerū fama captus a prætore: cū multa cōfessus esset ad Franciscum deducit. Is adscito secretario ex suis q̄dam ioci cā sciscitabatur ab heremita noīa mulierū q̄s cognouisset: quas cū multas etiā ex domesticis familiaribus uxores protulisset scribebat noīa secretarius: ut exinde cām risus eliceret cū tandem noīandis finē fecisse uideret peteretq; dux: an plures supessent: ille uero constanter negaret: asperius arguebat hoīem & uim minabat secretarius nisi oēs retulisset: tum ille suspirans scribas & tuā quoq; ait: atq; eam addas numero aliarū: quo dicto & calamus præ dolore e manibus secretarii excidit & dux in maximū est risum conuersus: rectum factum eē dicens: ut qui tanta uoluptate reliquaꝝ maculas audiebat & ipse in eorum cetum adderetur.

¶ De florentino iuuene qui nouercam suam subegit.

FLorentiæ iuuenis quidā cū nouercā subigeret ac superueniens pater filium in stupro uxoris depræhendisset rei nouitate indignitateq; pmotus: clamādo obiurgare acriter filium cœpit: ille tergiuersando peccatum excusabat cum diutius elatioribus uerbis ambo concertarent: clamore excitus superuenit uicinus quidam ad iurgia cōponenda ignarus rei. Cum peteret contentionis cām illis ob domesticā tur

pitudinem silentibus instabat uicinus uehemẽtius ut causam nosceret: tandem cum pater in filium culpam reieceret tum filius prior: hic pater meus admodum indiscretus inquit: millies matrem meam futuit: me etiam tacente nunc quia semel uxorem suam cognoui ut rudis atq; incõsultus cœlum clamoribus ueluti insanus replet: risit ille facetum filii responsum & patrem quoad potuit solatus discessit.

Disceptatio minorũ pro imagine sancti Francisci fienda.

FRatres quidã ordinis minorũ decreuerant accersito pictore ut imaginẽ beati Francisci pingeret sed in forma picture dissidebant: cum alter stigmaticũ alter ad populũ prædicantẽ: alius alio mõ pingendũ censeret. In ea disceptatione cum uniuersum diem consumpsissent nulla certa sententia pictorem dubiũ quid nam agerent relinquẽtes dormitũ iere pictor inspecta feratrum ĩsulsitate cũ se delusum putaret figuram eam pinxit fistula sonantem: alii laqueo suspenso dicunt: statimq; abiit figura inspecta fratres cum pictorem ut male mulctaretur quæsissent: ille uero pedibus sibi consuluisset: existimantes summam religioni contumeliam illatam pictorem ad penam querebant.

De sacerdote florentino qui Vngariã iuerat.

EST in regno Vngariæ moris: ut post missam celebratam oẽ: qui ad sunt oculis lippientibus accedentes ꝓprius altare a sacerdote aqua in calicẽ effusa oculos cõspergant: dicit ãt interĩ sacerdos uerba quædã ex sacris lr̃is bonã ualitudinẽ præcantia accessit ad Vngariã olim sacerdos quidã florentinus cũ Philippo qui hispanus cognominabat̃ hic cũ astante. Sigismundo rege missam dixisset: accesserunt plures ad eũ lippientes ut aqua de more oculos cõspergerent̃ at ille existimãs id nimio potu & crapula cõtigisset: assumpto calice ita enĩ fieri uidear: ad stãtes respersit dicẽs lingua italia beetemeno che siate morthagiadi: idest moriã in gladio qđ intelligens rex idemq; ĩperator risum contincre non potuit. Po

ſtridie uero in conuiuio ioci cā uerba ſacerdotis referens lippientes ad iracundiam. cæteros omnes ad riſum cõmouit.

℄ Reſponſio ruſtici ad patronum ſui fundi.

RVſticus quidā e noſtris roganti patrono fundi quo maxīe tpe pluribus laboribus īplicarentur: maior reſpondit ſciſcitanti cām: id enī mirꝶ uidebatur: quoniā inquit & noſtras & ueſtras nos uxores ſubigere oportet.

℄ Ridiculoſi hominis dictum.

ROmanus quidā nobis notus aſcendit ſemel macerīē in arundineto ſitam: ac ſimilis ad populū contionanti cepit ad arundines loqui: diſſerens multa de urbis ſtatu interdicendū ex leui aura arundinū capita ceperunt flecti: hō ridiculus qui ſibi arundines pro hoibus finxerat tanꝙ cõtiōe gr̄as agerēt: nō tāta reuerentia inq̄t domini romani: nā ego ex uobis minimus ſum: hoc poſtea in ꝓuerbii locū uenit.

℄ Deriſio hois porcū occidere uolentis.

NOs erat in oppido quodā picenni ut q̄ hieme porcū occididiſſet uicinam ad cenam inuitaret: quidā quo pacto eam impenſam uitaret: compatrem conſuluit dic inquit ille cras porcum tibi hac nocte furto ablatum & ſimul nihil tale alio uerente clam porcum nocte ſubripuit: mane conſpiciens porcum ſibi ablatū ad compatrē profectus alta uoce quærebatur porcum ſibi furto ſubreptū tum alter recte compater mi ſapis inquit: ita enim te docui locuturū: cum ille ſæpius & per deos oēs iuraret id uerū eſſe: bene agis reſpōdebat & ſecundum conſilium meum. Cum ille iramento iteraret: hoc modo te loqui debere antea monui reſpondebat: & ſanum conſilium dedit tibi: tandem eleuſus abiit.

℄ Dictum fazini canis.

FAcinus canis dux armorū opera ghibelline factionis ticinū īgreſſus ex cõpoſito guelforum tantū bona diripuit: his cõſumptis cœpit & ghibellinorum domus ex inanire tanꝙ guelforum bonis refertas: cum illi apud ducē

quærerentur se cũ ghibellini essent indigne spoliari: tum fazinus ueꝝ dicitis filii mei: ghibellini estis oẽs sed bona sũt guelfa: hoc pacto nulla factiõis discrimine bona oĩum direpta sũt.

¶De adolescente qui uxorẽ prima nocte non cognouit.

ADolescens bononiensis stupidi ingenii & insulsi uxorem duxit adolescentulã forma ægregiã prima nocte ignarus reꝝ & qui nunq̃ mulierem cognoscet matrimoniũ nõ cõsumauit: mane a socio rogatus qũo res nocturne ꝓcessissent suspirans male inquit: nã cum diu quæsissem uxoris concubitũ: tandẽ illã absq; foramine consueto ut aiebãt ab se repertã cognita illius stulticia socius tace inqt obsecro neq; uerbũ hiscas: cũ res sit magni pudoris ac periculi si palã fiat. Ille cum auxiliũ & consilium simul petiisset: ego labore pro te subibo ait hoc foramẽ faciendi si mihi sumptuosam cenã uelis præbere sed octo dieꝝ spacium mihi opus est ad hanc rẽ: cum admodũ sit difficilis: perficiendã annuit stultus & secreto illũ cum uxore noctu collocauit: ipse in alio lecto recubans: transacto spacio cum uia esset admodum patens amici opera ut sentes non essent timendi: accersito uiro multum diuq; se sudasse dixit in obsequiũ eius: & tandẽ confectam foramẽ quod quærebat: docta adolescentula uiro gratulata est amici labores cõmendans: stultus cum uxorem perforatam inuenisset lætus & socio gratias ægit & cenam persoluit.

¶De uxore pastoris quæ de sacerdote filium habuit.

PAstoris cuiusdam in riuo frigido oppidulo mõtaneo uxor cum sacerdote consueuerat ex quo puerum concepit: educauitq; in pastoris domo: cum puer esset septenis sacerdos benigne allocutus pastorem ait: tandem eum puerum suum filium esse rogauit ꝙ ut sua uoluntate puer ad semigraret: minime hoc fiet pastor inquit: ego puerũ ꝓ me uolo qui sit dominatus: male enim ageretur mecum & cũ patrono meo inquit si omnes agnos qui ex ouibus alieno ariete compræssis oriuntur traderem arietum patronis.

¶ De rustico qui asinos onustos deduxit frumento.

IN consilio Perusino: rusticus cũ gratiã certã quære/ret tanq̃ in honesta postulãti ciuis unus contradixit: postridie admonitus hõ tres asinos frumẽto onustos domũ eius qui contradixerat deduxit: post quartũ diẽ snía mutata multis uerbis rustici cãm ciuis egit: tum uicinus eius iter loquendũ ad socios inquit: auditis ne queãdmodũ illi asini rugiunt in frumentum susceptum iocatus.

¶ Facetum dictũ pauperis ad diuitem frigentem.

CIues quidã suffultus uestibus hyeme bononiã profi/ciscens reperto inter montana rustico qui unica tan/tum & ea contrita tunica indutus erat: admiratus in tanta ui frigoris: niues enim & uentus erant: hoĩs pacientiam rogauit: nunqd nõ frigeret minime alter cum læto respondis/set uultu stupenti responsum: dicentiq; ego sub pellibus algeo tu seminudus nõ setis frigus. Si tu inqt ille oẽs tuas uestes fer/res sicutis ego meas tu quoq; nequaq̃ frigeres.

¶ De montano qui filiam desponsare uolebat.

CVpiebat ex oppido pergula montanus despõsare uni ex uicinis iuuenem filiam quam ille cõspicatus ut cũ nimium teneram adolescẽtiorem respueret. Insulsus pater maturior est: inquit q̃ opineris: tres enim an filios pepe/rit ex clerico sacerdotis nostri.

¶ De præsbytero qui adolescentule decimas dare percepit.

BRuggis ea nobilis ẽ in occidẽte ciuitas in q̃ adolescẽ/tula haud modũ scita fatebatur parrochiano peccata sua. Ille cũ iter cætera q̃sisset: an debitas decimas tra/deret sacerdoti: psuasit ẽt coitus decimã eẽ reddẽdã: quã iuen/cula ut se ere alieno liberaret: statim psoluit domũ tardius re/uersa: admirãti uiro cãm more absq; ullo timore dixit: uir rem dissimulans post quadriduũ parrochianũ ad prandiũ uocauit nõnullis adhibitis quo res fieret notior: cũ sederent in mensa uir narrata prius fabula ad sacerdotem uersus postq̃ inquit ti/

bi rerum omnium uxoris mee debetur decima & hanc quoq; accipies: & simul uas stercore & urina uxoris plenum ori admotum in mensa bibere compulit.

ℭ De medico qui uxorē sutoris infirmā subegit.

SVtor quispiā Florenriæ ad uxorē non recte ualentē medicū sibi notū rogauit ad ire ille absente uiro domū ꝓfectus: uxorē eius licet reluctantē cōpræssit i lectulo uir rediēs cū medicū abeuntē qui se recte mulierē curasse dixit offendisset: uxorē lachrymantē capite dissoluto inuenit: medici pfidia cognita rē dissimulauit & post dies octo sumpto ꝑciosiore panno ad uxorem medici ꝓfectus dixit se ab eo missum quo sibi interior tunica: ea cocta uocatur: fieret opus erat: ut mulier quæ forma est ægregia maiori ex parte nudaretur quo rectius corporis mēsura capi posset ad uestē recte pficiendā nuda tam remotis arbitris sutor cōprimit: parem uicē medico reddens: quod & postea obiecit ei.

ℭ De Florentino qui filiam uidue desponsauerat.

FLorentinus qui sibi scitus uidebat᷑: uidue filiā cū despondisset: uxoris domū ut fit sæpius accedēs absente aliq̄do matre adolescentulā cognouit: ex uult filie cognita re mater iurgare acrite illā cœpit: quæ se domūq; dehonestasset: demū testans matrimoniū illud minime ratū esse futurū & se acturā enixe ut id solueret᷑: rediēs uir qui id obseruabat absente socrū: cū mestā iuuenē depræhendisset: quæsita cā matris sn̄iam de distrahendo matrimonio ītellexit quid tu ille matri obsequi uolo respondit: alter in tua est potestate inquit: cum illa modū quæreret antea ait inferiores partes egisti nūc superior euadas oportet ut per contrariū actum dissolutio matrimonii fiat consentit illa & matrimoniū dissoluit: tandē illa uirum ille uxorē alteram duxit. In eius nuptiis prior spōsa affuit & cum ambo præteritorū memoria inuicem subridere cœpissent: uidens hoc noua uxor & aliquid suspicās mali: noctu rogauit uirū & quid ille sibi uoluisset risus: tergiuersantē de-

tundendo cōpulit ut fabulam referret & simul illius stulticiã accusaret: tū uxor cōtristet inquit illã deus: quæ tã fuit amens ut id notū fecisset matri quid eni opus erat ut matri uestrū cō-cubitū referret stulta me quidē noster famulus amplius cēties cognouit: neq; ullum unquã uerbū a me inotuit matri: tacuit uir sentiens sibi debitam mercedē repensam.

¶De feneratore Vicentino.

FEneretor Vicētinus religiosum magne auctoritatis uirū continuos sermones de more ad populū habētē hortabatur sæpius: ut acriter inueheret cōtra usurarios detestareturq; q̄ maxime uitiū qđ præcipue in ea urbe uigeret: adeoq; instabat ut q̄doq; eēt molestus religioso: admiratus unus tã cōtinuo instantē p eius rei castigatiōe: cuius q̄stū ipse faceret: quæsiuit qd sibi tã frequēs sollicitudo uellet tū ille ita multi sūt inqt in hoc loco q artē usurariã exercēt: ut cum pauci admodū ad me accedāt nihil faciã lucri. Sed si cæteris fenus dissuasum erit cessabunt ipsi & puenient ad me oium reliquoꝝ emolimēta: hoc mihi postea religiosus idens retulit.

¶Fabula facetissima Iannini coci.

IAnninus cocus Baronti pistoriensis q Venetiis coqnariã exercuerat in cōuiuio secretarioꝝ retulit fabulã admodū iocundã. Venetus inqt insulsus fuit qui per iniuriã uapulauit: cū filios hēre cuperet qui acceptã iniuriam ulciscerent: uxor aūt esset sterilis rogauit amicū qui filioꝝ p-creandoꝝ se opificē optimū ꝓfitebatur: ut sibi hoc munus impenderet ꝓcreandi. Ille operã studiumq; pollicitus mariti uice fungebatur: interim cū semel relicto ad serendū agrū uiro ne quid & opem impedimenti afferret per urbem uagaretur: obuio ac maiora minanti inimico: hoho quassans caput tace stulte inquit: nescis bene quid te cōtra agatur domi si quidem id scires nedum contineres minas: sed timeres tibi fit iã mihi crede: sit qui cito faciet uindictam nostram.

¶De Veneto qui equitans calcaria in sinu gestabat.

ADdidit & alterius Veneti haud imparem stulticiam: qui cum æquum ascendisset. rus iturus calcaria in sinu ferebat æquus pigræ tardeq; ambularet ille calcaneis armos sæpius percutiendo: tu non moueris en inquit: si scires quid in sinu habeam mutares passus.

De Veneto isano quē fama copula circūforaneus derisit.

NArrauit quoq; aliā fabulā in q̄ plurimū risimus. Ait farma copulā circūforaneū Venetias uenisse: cuius ī uexillo pictus erat priapus pluribus ligatulis distinctus accessit qdā Venetus qd illa distictio significaret q̄rens: ille p iocū ait: mēbꝶ suū esse illius naturæ: ut q̄ mulierē prima tm̄ pte cognosceret: mercatores faceret: scda milites: tertia duces: q̄rta pōtifices & p̄ciū p q̄libet psonaꝶ petebat. Id credens stultus cōicata re cū uxore domū uocauit hoīem pacto p̄cio ut sibi filiū militē faceret: cū ad coitū cū uxore uētū eēt: maritus simulās se abire: clanculū post lectū secessit: & cū illi gignēdo militi ītenti eēnt psiliit fatuus: & culū sessoris uehemēter præmens ut q̄rte quoq; partis beneficio uteret: per sancta dei euāgelia hic erit papa inqt: putans se socium defraudasse.

De Veneto qui teruisum proficiscens a seruo in renes lapide percussus est.

VEnetus teruisum pfecturus æquo cōducto uehebat: seruo pedibus iter faciēte: itereundū cū æquus serui crus calce pcussisset: ille dolore motus ab repto saxo æquū ulcisci cupiens: cāu ī renes p̄roni piecit: credidit stultus æquū id egisse: cū seruus q tardius ex uulnere īcedebat īcreparetur a domino: nequeo citius pficisci inqt exeq calce quo me afflixit: tū ille ne cures inqt: est uideo admodū calcitrosus: nā & mihi quoq; mō calcem magnū in renes dedit.

De uulpe in palea ascondita quæ fugabatur a canibus.

VUlpes olim fugiens in uenatiōe canes diuertit ad rusticū q in area triticū terebat rogās ut a canibus tueretur: & simul pollicita est nunq̄ se eius pullos galli

naceos lesuram: annuit rusticus conditioni: & sumptis paleis furcula uulpem texit: aduenit unus & itē alter ex uenatoribus uulpem quærens: rogitabant autē rusticum nunquid uulpem fugientē uidisset: & iter eius. Ille uerbis uulpē per certam uiā diffugisse: nutu uero & incole latere sub paleis innuebat. Illi potius ad uerba quam nutum respicientes abierunt: tum rusti cus detecta uulpe: serua inquit mō promissa: nam uerbis meis euasisti cum dicerem te abisse: at ille quæ sibi timens per rimā inter paleas rusticum contemplabatur diligenter: uerba tua iquit bona fuerūt: sed actus satis mali. Dictum in eos qui unū uerbis aliud re agunt.

¶ De florentino qui æquum emerat.

IN eādē sniam sacerdos q̄dā cū exponeret populo suo euangeliū referens saluatorē nr̄m q̄nq; panibus q̄nq; milia hoīum saturasse: errore dixit pro q̄nq; milibus quingentos: tum clericus suus cum sub murmurans dixisse eū in numero errasse: cum. v. milia euangelium referret: tace inquit stulte nam uix numerum quem dixi credent.

VIsum est mihi in has cōfabulationes nostras conferre falsum dictū cardinalis Auinionē: uiri prudētissimi: quem cum pōtifices Auinione morarent̄ cum æqui plures est strati: falleratiq; uacui sessoribus pro magnificentia præirent rogauit eum rex Francie indignabūdus: nunq̄d apostoli ea pōpa usi essent: tum cardinalis nequaq̄ respondit: sed apostolos eo quoq; fuisse tpe inquit quo & reges: & aliis moribus uiuerent: cum pastores essent & armentoꝝ custodes.

℄ Terribile factum in lateranensi ecclesia.

NOn confabulandi sed a sceleribus deterrendi grā: res mōstro similis referetur. Quidam religiosus ex ordi-

ne augustinensium romanus: dum uerba haberet ad populũ hac quadragesime me adstante: hortaretur ꝙ ad confessionẽ peccatorũ hoc miraculũ sibi accidisse sex annis antea dixit. Cũ noctu in basilica lateranensi cum aliis surrexisset post mediam noctẽ ad matutinas horas deo canẽdas: ait uocẽ e sepulchro: quo antea. xviii. diebus q̄dã romanus ciuis cõditus fuerat ꝑdisse sepius cõpellãtẽ ut ad se adirent. Illos ad primã uocẽ territos: tum paulũ confirmato aĩo: quo uox trahebat accessisse: ac subinde mortuũ dixisse ne timerẽt: sed irẽt calicẽq; afferrẽt & lapidẽ submouerent: quo facto surrexisse mortuũ ac hostiã sacratã q̄ antea mortẽ sumpserat in calicẽ spuisse: tũ dixisse se dãnatũ maximi cruciari penis: eo ꝙ matrẽ filiãq; cognouerat: q̄ scelera nunq̄ fuisset cõfessus: his dictis cadauer recubuisse.

¶ Prædicator multũ clamans quomodo confundebatur.

CVm religiosus: ad populũ p̄dicãs sepius: ut stultorũ mos est magna uoce clamitaret: q̄dã ex ad stantibus fœminis ad exclamãtis ueluti rugitũ plorabat hac re sepius aĩaduersa religiosus existimãs mulierẽ uerbis suis ex zelo dei & conscia notã flere ad se uocatã rogauit q̄ cã eẽt gemitus & nũ uerbis suis mẽtis spũ agitata lachrymas illas pias ut putabat effunderet. Illa uero uocibus & clamoribus eius ĩpulsam se acriter aĩo cõmoueri & dolere respõdit: se enĩ uiduã esse cui olim asellus a marito esset relictus ex quo partẽ sui uictus traheret eũ sepius ut religiosus ille consueuerat rugire die noctuq; solitũ tunc defunctũ se miserã sine subsidio reliq̄sse: itaq; cum prædicantẽ illũ audiret magnis uocibus resonantẽ similẽ illũ uoce asino suo uideri cuius recordatione cõmota ad flendum etiam in uita impelleretur: stultus ille latrator potius q̄ prædicator sua stulticia confusus abiit.

¶ De adolescentula per senem maritum delusa.

FLorentinus iã senex uxorẽ duxit adolescentulã quæ a matronis edocta ut p̃io ĩsultu noctis obsisteret uiro neq; primo ꝑlio arcẽ traderet renuit congressum. Vir

ad nauigandũ plenis ad id ĩpensa opa uelis paratus ubi illã re-
nitentẽ cognouit: quæsiuit cur sibi non obsequeret̃. Cũ uirgo
dolorẽ capitis causasset: uir demissa uirga in aliud latus reuo-
lutus usq; ad diluculũ dormiuit: puella sentiens se nõ amplius
peti: dolensq; consiliũ datũ & se postulatis non cõsensisse: ex-
citato uiro dixit se non amplius dolere caput: tum ille & ego
nunc doleo caudã respondit: uxore uirgine ut erat relicta. Sa-
num igitur consiliũ est accipere rem proficuam cum datur.

¶ De reliquiis bracharum cuiusdam minoris.

RES digna risu & ut cõfabulatiõibus inserat̃: nup acci
dit amelie: nupta mulier & mota ut existimo bñ agẽ
di conscia cõfitebat̃ peccata sua religioso ex ordĩe mi
noꝝ: hic ĩterloquẽdũ exarsit ĩ cõcupiscẽtiã carnis: & tãdẽ mul
tis uerbis muliere in uolũtatẽ suã traducta: q̃rebat̃ facultas &
locus rei cõficiẽde. Placuit ut mulier se egrã fingẽs: hũc fratrẽ
ꝓ cõfessore ad se uocaret: cõsuese eni solos eiusmodi hoies re-
linq: ut remotis arbitris q̃ ad aĩam spectãt libera sit loquẽdi fa
cultas. Illa ficta ægritudine corporis lectũ ingredit̃ dolorẽ ꝑ-
grãdẽ simulat cõfessorẽ accersit q̃ ut ad eã uenit cũ cæteri abis-
sent: solus solã sæpius cognouit: cũ diutius morarent̃ interuẽ
tu aliorũ frater ueluti nondũ ꝑfecta cõfessione abiit postridie
reuersurus redit mulieris supra lecticã brachiis positis: priori
mõ peccata examinat. Vir non nihil suspicãs de tã longa con-
fessiõis mora cubiculũ ingredit̃: ille subito interuẽtu ꝑculsus
brachas oblitus abiit: maritus brachis uisis exclamat adulteꝝ
nõ fratrẽ eẽ: totaq; domus ad brachaꝝ aspectũ facinus ĩdignũ
cõclamat. E uestigio primariũ cõuentus fratrum uir clamitans
conuenit: indignũ factum quæritur mortem malefico minat̃.
Alter qui senex erãt iram coprimit asserẽs illum improprie fa-
milie: suumq; dedecus exclamare taciturnitate & reticentia eẽ
opus ut contegeretur crimen. Ille ita rem palam esse repertis
brachis ait ut nequeat celari. Senex ad id remedium ꝓfitetur:
asserturum se enim illas sancti Francisci brachas esse: q̃s frater

ad liberandam mulierem portarit: accessurumq; eo profitetur cum processione & pompa brachasq; publice exinde reportaturũ probato cõsilio primarius fratres illos cõuocat: ac cũ cruce uestibusq; sacris domũ illius accedit brachasq; deuote capiens & tanq̃ reliqas religiosas sup pepulũ sericiũ suspẽsis manibus ferens: tũ uiro tũ matri: tũ reliqs obuiis exosculãdas porrexit: & magna cũ cerimonia & cantibus ad conuentum deductas in sacrario cum cæteris reliquiis locauit: detecto postmodum dolo oratores eius urbis quæstũ eã iniuriã uenerunt.

ℭ De breui cõtra pestẽ ad collũ suspendendo.

NVper cũ iuissem tibur cupidus uidendi liberos quos eo pestis cã ex urbe miserã audiui rẽ dignã risu & confabulationibus nr̃is: paucis antea diebus frater qdã ex eis circulatoribus in uicinis castellis ad rusticos p̃dicãs pollicebat̃: erat eni pestis suspicio: se daturũ eis certũ ut aiunt breue: qđ ad collũ qui gestarent nunq̃ peste possent perire: stulta plebecula hac spe cõmota: præcio quo poterãt breuia redimẽtes ad collũ filo uirgineo suspendebãt: edixerat ãt frater ne qs breue ante diẽ. xv. reseraret: id si fecissent uirtutẽ amissurum multis contractis nũmis frater recessit breuia postmodũ lecta sunt ut est cupiditas hoium noua cognoscendi: in eis uulgaribus uerbis scriptũ erat. Donna si fili & cadeti lo fuso: quando tafieti tieni lo culo chiuso: hæc sũt latine. Mulier si filas & cadit tibi fusus quãdo te flectis tene culũ clausum: hoc omnium medicorum præcepta exuperat & medelas.

ℭ Angeloti Cardinalis os potius claudendũ aperiebatur.

ANgelotus romanus admodũ loquax & maledicus nemini parcẽs erat. Cũ culpa tpis ne dicam stulticia hominũ cardinalis esset factus: aliq̃diu ut moris est in secreto consistorio cardinaliũ tacuit uulgo eni clauium os tenere nouos cardinales aiunt: donec põtificis permissu loquãtur cardinalis sancti Marcelli certo die cũ ab eo petissem & qd nã in cõsistorio egissent: os inqt aperuimus Angelotto: tum ego

satius inq̃ consultiusq; fuisset illi os sera ualida occlusisse.

¶ Equum exquisitum præstauit Redolfus se petenti.

AB Redolfo cameriensi cuius supra meminimus: quidam nobilis ex piceno dono petiuit æquũ: cui tot cõditiones ad pulchritudinẽ uirtutẽq; adiecit: ut nullo pacto talis æquus iter sua armẽta reperiri posset: tũ Redolfus quo illius uolũtati satisfieret: æquã & stallonẽ uulgo aiunt ex suis elegit atq; ad illũ destinauit inquiẽs se ei instra mittere q̃bus æquũ suapte mõ cõficeret: cũ nullus eiusmodi ꝓut postulasset iter suos reperiret: hæc uerba monent ne adeo exquisita petamus ut aut difficilia sint aut negentur honeste.

¶ Contentio mulierũ extorsit dictũ risu perdignũ.

QVedã in urbe quã nouimus mulier corporis q̃stu uitã ducẽs hẽbat filiã grãdiorẽ natu admodũ pulchrã quã ueneri dedicauerat: orta iter ipsam aliq̃do & uicinã suã eiusdẽ professiõis cõtentione ad iurgia & uerborũ cõtumelias ꝑuenerunt: cũ uicina quorundã maioꝶ auxilio confisa matri & filie acriter minaret̃: tunc illa tacto filie desuper femore: hoc mihi saluet & custodiat deus inq̃t: quã tuta oĩa tua uerba & minas contẽno: optime quidem respondit: nam ægregio patrocinio & quo multi delectabantur fidebat.

¶ Sacerdos laicum delusit se capere uolentem.

SAcerdos quidã meridie cum uxore rustici iacebat in lecto sub quo latebat rusticus: ut sacerdotẽ depræhẽderet: cum sacerdos labore forsan nimio in quandã leuem uertiginẽ incidisset nescius uirum sub lecto abscõsum o totũ terrarũ orbem mihi uideor conspicere inquit: tum rusticus qui pridie asinũ perdiderat iniuriarum oblitus: ho respice quæso ait: an sicubi asinum meum forsan uideres.

¶ Fulloni in anglia accidit res miranda cũ uxore.

CVm essem in Anglia: fullõi res ridẽda & haud reiiciẽnda a nostris confabulationibus contigit. Is cũ uxorẽ hẽret multosq; ꝑterea i familia iuuenes atq; ancil-

las:iniecit aīum in unam eaꝝ quæ pulchrior atq; uenustior ui debat̃:cū eā coitus req̄sisset:sæpius illa rem detulit ad matronā eius consilio assentit̃ patrono:ꝓstitit die atq; hora in locū secretū ac subobscurū matrona latuit ꝓ ancilla:accessit uir mulierēq; cognouit nesciens uxorē esse:peracto opere exiens a cōclaui:qd egisset narrauit uni ex iunioribus: eūq; hortatus est ut etiā ipse ancillā prout credebat subagitaret:accessit ille quē mulier pro uiro excepit nihil:locuta:cū post eum & item alter a uiro missus esset:mulier extimans maritū esse: tertium congressum passa est:& ipsa uirū & illi ancillā esse opinati digressa occulte postmodū a loco mulier noctu maritū redarguebat qui in se eēt remissus & in ancillā adeo libidinosus ut una die ter se pro ancilla cognouisset:dissimilauit uir errorē suū & uxoris cuius ipse causa fuisset peccatum.

¶Confessio tusca & postea brusca.

QVidā qui sororis pudicitiæ non pepcerat Romā accessit criminis cōfitendi cā:confessorē quærens qui tuscus esset:ostēso hoīe accessit primū petens an tusce loq̄ nosset:annuente illo iter cætera delicta dixit:se cū esset in cubiculo solus cū sorore tensa balista sagitasse illā tum confessor o scelus inquit nunq̄d sororē occidisti:minime respōdit ille sed tu nō intelligis sermonē tuscū:noui satis alter ait: cum sim ibi genitus:nempe dixisti tensa te balista sagitasse sororē: nō ait ille ita intelligo sed dico me tetendisse balistā & īposuisse sagittā & in sororē misisse. Num tu uulnerasti eā inq̄t:aut faciem uel aliq̄d membrū lesisti:ho respondit ille nescis sane loqui tusce:atq alter uerba quæ dicis noui sed caue ne tu loq̄ tusce ignores:nō dico inq̄t me sororē uulnerasse:sed sagittā tensa balista emisisse:confessor qui dissimularet se ignorare quæ dicerent̃ ille uero iteraret confessorē non intelligere tuscā linguam repetens baliste & sagitte casum:nisi aliis uerbis utaris ait quid sentias ignoro:tum alter cum diu pudore tergiuersasset:tādem uulgaribus uerbis dixit aperte sororem suā se com-

pressisse hic alter: nunc tu loq̄ris tusce apud tuscū īquit te plane ītelligo: & imposita erroris pnīa recessit. Mali animi est pudorē uerbis ostēdere cum ope ipudicus fueris ac scelestus.

¶ De prelio picarum & gracularum.

HOc anno milesimo quadringentesimo quinquagesimoprimo mense aprili res monstro similis accidit in confinibus gallie & eius q̄ nūc dicit' britānia: pice & gracule aues aciebus instructis in aere īmenso clangore per uniuersum diem acriter pugnarunt: uictoria penes graculas stetit: ex eis ad duo ex pacis ad q̄ttuor millia in terra mortue sunt reperte: quid id prodigium ferat tempus ostendet.

¶ Facetum dictum Francisci de ianuensium filiis.

FRanciscus quaratensis mercator florētinus morabatur ianue cum uxore & familia: filii sui macilienti erāt & glaciles corpore ianuensium filii habiliores sunt: & robustiores: petiuit quidā ex eis ab francisco cur filii eius ita tenues esset: & natura imbecilles ianuensium uero non: item tum ille cā est inquit in prōptu ego enim solus filios meos creo uobis uero ad filios pcreādos multoꝝ subsidia opitulant' ianuenses quippe sumpta uxore paulopost nauigant: uxores desolatas uiris alioꝝ p̄sidio ut aiunt annis pluribus relinquentes.

¶ De facto cuiusdam florentini iusto sed bruto.

REtulit in cetu hominum mihi familiaris florentinum quēdā quē nosset uxorē formosam habuisse quā multi proci sequerentur: ex eis quidā serenatas ut aiūt cū sepius noctu accēsis cereis ut moris est in uia ppe domum facerēt: uirū admodū facetū semel tubarum cantu excitatū cum surexisset de lecto ad fenestrā cū uxore accessisse cōspectaq; tumultuantium & lasciuientium turba magna uoce astantes rogasse ut ad se paulū suspicerēt: cū oculos oēs ad eā uocem sustulissent illum exerto & extra fenestrā porrecto cuius erat copiosus priapo ianē laborem & inutilē sumere illos ait: cum uiderent se hr̄e unde etiā uberius q̄ ipsi possent uxori satisfacere:

itaq; consulere ut huic eorum molestie parcerent non ꝓfuture quo perfacere dicto ab superflua cura destiterunt.

¶ Faceta petitio senis laborem copule ferre nō potentis.

ADiecit & alter similem fabellam florentini quoq; uicini sui qui cū eēt etate natura uxorē duxerat iuuenem hanc amare cepit. Ricardus de albertis adolescēs nobilis ac pulcher qui similiter sono & cantu perstrepentibus in uia plurimis noctu hominē a somno sepius excitabat: at is demum ad benedictū adolescentis patrē profectus narrata priori eorum consuetudine & mutuis officiis post longam querelam grauiter questus est se nihil cōmeruisse cur eius filius se uellet occidere: ad hec pater stupens idq; egro animo ferens respōdit se id facinus prohibiturū: & simul rem sibi narrari postulat quo filium posset acrius compescere: tum alter uxorē meam inquit peperit filius tuus sepiusq; suis tibiis & sonitu me & uxorē dormientes noctu suscitat: quo fit ut uigilans ultra q̄ uires ferant uxorem ne aliū appetat coner subagitare: quod cū sepius accidat iam deficiunt ad id opus uires ita ni tuus filius ab incepto desistat: iamiam tali uigilia peream necesse est: quo ioci genere Ricardus patris monitu haud amplius illi molestus fuit.

¶ Facetum dictum meretricis adiocans uenetis.

CVm essem in balneis petriolanis audiui a quodā erudito uiro dictū meretricis facetū sane: & haud īdignū reliquaꝝ cōfabulationum nostrarum societate. Scortum erat ait uenetiis uulgare: ad quod diuersarum gentium uiri accederent: quesiuit aliquando ab eo quispiam: que sibi hominum natio maiori membro uirili esse uideret. Mulier euestigio uenetos respondit. Cum causa postularetur: quoniam inqt tam longo sunt priapo: ut cum sepius in remotissimis & ultra mare sitis prouinciis uersentur: tamen cum uxoribus coeant & procreent filios: iocata est in illorum uxores: quas uiri profecti peregre relinquunt aliorum cure.

¶ Facetum dictum indocti doctiores confundens.

Vm plures religiosi de etate & opibus saluatoris nostri Iesu Christi: & quomodo post trigesimum ãnum predicare cepisset colloquerentur: quidam rudis litterarum adstans quesiuit ab eis quid primum Iesus fecisset postq̃ trigesimum annum excessit. Cum alii hesitarent: alii uaria sentirent: nescitis inquit ille cum uestra doctrina rem cognitu facilem: petẽtibus illis quid primum egisset trigesimum primũ annum ingressus est: ait omnes aborto risu facetum hominis dictum commendarent.

Falsum hominis dictũ contra mercatorem alios accusantẽ.

Arolus regii mercator florentinus: ex iis mẽsariis: qui romanam curiam sequuntur: accessit auinionem ꝓut moris est mercatorum: qui in diuersis prouinciis negociantur: romam deinde reuersus in conuiuio domesticorum cum quereretur ab eo interloquendum de uita & moribus florentinorum qui auinione commorabantur. Respondit gaudere omnes & alacres esse. Nam quicunq; ibi per annum fuissent dementes efficerentur: cum Aldigherius quidam ex conuiuiis homo perfacetus rogat Carolum quãto tempore ibidem commoratus esset: cum sex menses tantũ Carolus respõdisset: tum alter per optimo inquit igenio Carole extitisti qui qđ alii anno solẽt tu sex mẽsibus ꝑfecisti: risimns oẽs falsum hoĩs dictum.

Bellum mulieris respõsum ad iuuenẽ suo amore flagrantẽ.

Vuenis q̃dam florentie amore calebat mulieris nobilis atq; honeste: quã ad templa & quocũq; diuerteret frequẽtius sequebat᷑: hic cũ sociis tp̃s sibi & facul tatẽ dari obtabat: quo mulierem paucis uerbis a se ad id premeditatis & compositis posset alloqui: cũ semel ad tẽplũ sancte Lucie festo die mulier accessisset: tp̃s loquẽdi adesse ex sociis unus ait cũ uidisset eã solã ad fontẽ adire aque bñdicte: ille uelut amisso spiritu stupidus hortante atq; impellente socio: ꝓpe mulierem abiit: obitusq; eoꝝ q̃ cogitauerat neq; auderet loqui socius autem instaret ut saltẽ uerba funderet tandẽ ille domina inq̃t ego

sum uester seruitialis: ad q̄ uerba subridēs femina: satis supq; sa tis famulorum habeo inqt domi: q & eā uerrāt & scutellas ac inci soria lauent ut pluribus mihi seruitialibus nō sit opus: riserunt socii & hois stupiditatem & bellum mulieris responsum.

¶ De nobili quodam tempore federici impatoris in armis presumenti sed nil facienti.

TEmpore quo Federicus impetatoris qui in boncōuentu oppido senensium defunctus est prope florentiam ad secundum lapidem ut hostis castra posuit: multi nobiles ad tuendam patriam arma sumpserant castris hostium insultantes: tum quidam ex nobili familia iactabundus ascenso equo armatus: extra portam extento cursu ferebatur increpans tarditatem ceterorum: qui ueluti timidi tardius incederēt: seq; uel solum clamitans cum hostibus cōgressurum: cum miliaris spacium currēdo & uires suas iactādo transegisset: uidēs quosdam uulneribus confectos ab hostibus reuerti: cepit paulatim incedere tardius lentoq; passu proficisci: audito uero hostiū cū ciuibus pugnantium clamore: conspectaq; a longe preliātium pugna gradum fixit immobilis eum quidam qui eius iactatoris uerba audierāt: cur nō ulterius pgrederet̄ ad pugnā rogarent: tum ille cū aliq̄diu siluisset: tādem nō sentione ita fortē & strenuum armis esse ait ut psuaseram mihi. Pensitāde sunt animi & corporis uires neq; plus pmittendum q̄ queas prestare.

¶ De hoīe qui per biēnium cibum nō sumpsit neq; potum.

VEreor ne id qd̄ nr̄is cōfabulatiōibus īserā ceteris fabulosius uideat̄: cū & natura repugnet & p̄ter modū uideat̄ mirandū tn̄ ita uerum esse cōpertum est ut īpudēs uideat̄ id negare. Quidā Iacobus noīe qui tp̄e Eugenii erat in romana curia ex his q uocant̄ copuste: cum ad patriam nouiomum in galliā redisset: īcidit in morbū grauē & diuturnū: longior esset futura narratio si oīa recensere uelim que sibi in morbo asserit contigisse tādem post annos multos ānos. vi. Nicolai quinti pōtificis reuersus ad curiam ut iret ad sepulchrum sal

uatoris nostri nudus & inops: nā in itinere inciderat in latro-
nes: diuertit apud curiales uicinos meos honestissimos uiros
q̄bus antea fuerat notus. Is biēnio iā post morbū dicit se neq̄
comedisse neq̄ potasse cuius rei periculū factum est sepius hō
macerrimus est sacerdos & sane mentis ut q officiū cōtinue di
cat & missam me uidente audierit. Plures & theologi & phisi-
ci cū eo serio locuti sunt: rē cōtra naturā aiunt: sed ita certa est
ut pernicacis sit id nō credere. Cōcursus ad eū fit quottidie ho
minū percontantiū: multi uaria de hoc sentiūt. Sūt qui existi-
mant corpus illud a demone habitari sed nulla signa in eo ap-
parent nisi prudētis uiri p̄bi & religiosi: qui hodie quoq̄ scri-
bēdi exercitio uacat: alii humorē melancolicū asserunt p̄bere
nutrimentū cum ipso egomet sæpius sum colloquutus: falsa:
existimans quæ dicebant̄. Is quoq̄ nō minus q̄ reliquos se ex
hoc admirari dicit: nō tamē subito sed paulatim in hāc consue
tudinē descendit: ego rē hanc magis admirarer: nisi reuoluēs
nuper quosdā annales quos in gallia olim trāscripsi legissem.
Idem tp̄e Lotharii iperatoris & pascalis pape anno dn̄i octin-
gentesimo uigesimosecūdo cōtigisse puellā scilicet duodecim
annoꝝ in territorio tullensi uilla comertiaci: post assumptā in
pascate sacram cōionem: primo per decē menses pane deinde
triennio potu & cibo abstinuisse: postea redisse ad priorem ui-
tam quod & iste se sperat futurum.

¶ Facetum dictū hoīs asinum erudire promittentis.

Tyrannus ad exauriendū bonis subditū q se multa fa-
cturū iactabat: sub graui pena p̄cepit ut asinū lr̄as do
ceret: ille īpossibile ait fore: nisi multū tp̄is sibi in eru-
diēdo asino concederet̄: petere q̄tum uellet iussus decenniū ī-
petrauit: deridebat̄ ab oibus: qm̄ rem īpossibilem suscepisset.
Ille amicos solatos nil timeo inquit nā interim aut ego moriar
aut asinus: aut dominus: quibus uerbis ostendis salutare esse
rem difficilem in longum protrahi ac differri.

¶ De p̄sbytero epiphaniā an uir eēt uel fœmina ignorante.

SOcius quidā in festo Epiphanie narrauit mihi stulticiā ridiculā sacerdotis cōtribulis sui. Sacerdos fuit inquit qui populo nuncians Epiphanie celebritatē futurā. Cras ait sūma deuotione ueneremini Epiphaniā maximū est eni & pcipuū festū nescio āt uir fuerit an fœmia: sed qsquis extiterit a nobis est sūmo timore hic dies custodiendus.

¶ De quodam equestre corpulento.

EQuestrē quēdā admodū corpulētū urbē perusiū ingressum cū pmlti: natura.n. ad facetias sūt pmpti aūriori cōtra morē equipte iocādo mala ferre dicerēt. Ille faceto rñso atq ita ē opus inqt in urbe furibus ac latronibus referta.

¶ Eenerator ficte penitus in peius recidiuat.

AD senem quendam feneratorē qui artem se desiisse simulabat: accessit hō pecuniā sub fenore sumpturus: tulitq; in pignus crucē argenteā in q̄ inerat portiūcula ligni crucis saluatoris nři: cū peteret a sene ut pecuniā mutuaret: ego inqt ab hoc fenerādi peccato iā destiti: sed uade ad illū filiū meū ait: & nomē dixit: q aiam pfligauit ac pdidit ut mutuet tibi: misitq; domesticū cū illo domū filii monstraturū cū iā abissent longius: heus tu inqt domestico: dic filio ut meminerit deducere de pcio ligni pōdus noluit q ad consciam se redisse finxerat: ut filius lignū crucis extimaret p argēto: id uilius argēto putās: facilime res in suā naturā redit.

¶ De auiculis fabulose & false loquentibus.

QVidam auiculas capiēs in cauea reclusas: stricto manibus capite iterficiebat. Interim casu lachrymas cepit emittere: tum una ex reclusis ait reliqs: bono sitis aīo: nā ut uideo lachrymantē nři miseret: hic senior ex eis o fili inquit nō ad oculos respice sed ad manus: non ad uerba sed opera monstrans esse a nobis respiciendum.

¶ Catenis uariis collum cingēs stultior estimat.

ORdinis eqstris quidā mediolanensis miles gloriosus q orator Florētiā uenerat quottidie in ostentationē

diuersas uarii generis ad collũ catenulas deferebat: huius inanem iactantiã uidẽs Nicolaus nicolus uir doctissimus & ad iocos ꝓmptus: cæteri stulti inq̃t unica catena se uinciri patiunt: huius ãt ĩsania tãta est ut nõ sit una catena cõtentus.

¶ Facetũ Redolfi camerini ĩ oratorẽ cõtra oẽs dños iniectũ.

BEllũ q̃d inter pontificẽ Gregoriũ.xi.& florẽtinos est gestũ picenũ & oẽs ferme ecclesie romane ꝓuincie a pontificẽ desciuerunt: orator raconatensiũ Florentiã missus gratulatus est apud priores ob restitutã eis florentinoꝝ ope libertatẽ multiq; uerbis in pontificẽ suosq; ministros & p̃cipue cõtra dominos oẽs & tyrãnos ĩuectus eũ malũ eoꝝ regimen & facinora detestatus nulloq; adhibito respectu Redolfi domini camerini: qui tum dux florentinoꝝ aderat cũ eiusmodi legati audirent: diutius uersatus est in eorum detractione: tum Redolfus petens ab oratore illo cuius facultatis aut artis esset: cum ille doctorem iuris ciuilis se diceret: quæsiuit quantum tempus legibus operam dedisset: cum ille amplius decennio respondisset: q̃ uellem inquit ut saltem annum discretiõis studio uacasses: stultum illum iudicans: qui tam multa se præsente contra dominos effudisset.

¶ De arbitro in cuius domo porcus oleum effudit.

QVidã arbiter ĩter duos litigãtes datus accepit ab uno urceũ olei ea spe & pollicitatione: ut ꝑ se iudex sñiam ferret: hoc sentiẽs alter porcũ pinguẽ misit iudici: rogans ut sibi faueret: tulit ille sñiam pro porco q̃d sentiens alter cũ & fidẽ datã & oleũ missum: apud iudicẽ quæreret porcus ĩquit quidã domũ uenit: & inuento oleo uas effregit atq; oleũ dissipauit adeo ut tui fueri oblitus optima uenalis respõsio.

¶ Iuuencularũ a Caluo quodam faceta delusio.

IVuencule due cũ eẽnt ad fenestrã domus supra ortũ site exibat ortolanus senex & caluus ad sumẽdũ cibũ quẽ cũ ille uidissent caluicie: deformẽ petiuerũt nuncuperet scire quo pacto pili nascerent. Assentiente illo ioci cã

dixerunt ut caput aliquando urina lauaret uxoris: tum ille ad eas uersus hanc uestram medelam ridens inquit nequaq̃ uerã esse: uxoris mee factum comprobauit quæ licet hunc socium meum priapum manu ostẽdens: iam triginta lauerit annis tamen nulli in eo pili exorti sunt.

De Messer perde elepiato.

HEnricus de monte Leone causarũ procurator erat in Romana curia senex admodũ & paꝝ in ea facultate. Vnde Messer ꝑde elepiato uulgari uerbo appellat̃ idest dñs ꝑdens lites: cũ semel ab eo postularet̃ cur in singulis semꝑ causis succũberet. Q̃m̃ nullus inqt nisi iniustitiã petens litigaturus patrociniũ meum petit: ut necesse sit me semꝑ esse in cã iniqua inferiorẽ faceta ignorantis hoĩs responsio.

De Cantilena tabernariis placida.

VIator quidã esuriens cũ diuertisset ad cauponulã uentrẽ cibo potuq; farciuit: petente pecuniã caupone: ait nullos sibi eẽ nũmos sed cãtilenis se satis esse factuꝝ: tabernarius nõ cantu sed præcio sibi opus eẽ respõdit: qd alter si eã cantionẽ dicã q̃ placeat tibi: num ea ꝓ pecunia cõtentus eris: annuẽte caupone cœpit uiator canere: & an ea placeret interrogauit: cũ abnuisset caupo unã & deĩde alterã cecinit: nullius cantu sibi satisfieri ille testatus ẽ: hic uiator: dicã ergo nũc inqt ea q̃ tibi sũt placitura: & arrepto marsupio dissoluẽti filis cœpit cantionẽ qua uiatores uti cõsueuerũt. Metti mano alla borsa & pagha loste: hoc ẽ mitte manum ad bursam & satisfac hospiti: hac dicta nunqd illa sibi placeret rogat: placet hæc inqt hospes: tũ uiator satisfactũ est tibi ex pacto ait: postq̃ hæc cantio placuit tibi. Ita absq; solutione discessit.

De gracili quodam faceta responsio.

CIuis nr̃ mihi amicissimus ẽ: admodũ gracili corpore ac macilẽtus: admirãte quodã huius rei eãm facetus qdã qd miraris inqt qđ ẽ ĩ ꝓmptu semihorã qppe hic in cibo capiẽdo sedet: ĩ secessu ad emittendũ duas: mos eni illi

est ut plurimum tẽporis in purgando uentrem impartiar.

¶ Faceta responsio mulieris pugillare uacuum habentis.

MAtrona e nostris honestissima mulier: quereti tabellario nunqd litterarũ ad maritum dare uellet: aberat enim longius reipublice legatus qũo inquit possum scribere: cum uir calamum detulerit secum pugillare uacuum reliquerit. Faceta atq; honesta responsio.

¶ Ridenda de paucitate amicorum Dei responsio.

AD ægrum quendã ciuem nostrum perfacetũ qui grauiui morbo diutius torquebat: accessit religiosus hortãdi grã: cũ uero ĩtercætera cõsolationis uerba dixisset: solere deum quos diligeret hoc pacto castigare & in cõmodis afficere. Non mirum est inquit egrotus si tam paucos amicos habet habiturus si ita tractaret eos etiam pauciores.

¶ De Antonii fratre & laico ac lupo.

REligiosus ex his questuariis qui pro sancto Antonio elemosynã petunt: agricole ad dandũ sibi nescio q̃d frumenti psuasit: ea pollicitatiõe ut assereret res oẽs suas & oues præsertim per eum annũ saluas atq; incolumes fore: huiusmodi rusticus promissis fidens: cũ oues licentius uagari permisisset lupus plures ex eis comedit: qua ex re indignatus uillicus cũ anno altero questuarius pro frumento rediret negauit se quicq̃ daturũ & simul questus est inanes suas fuisse pollicitationes. Sciscitatus causam respondit ab lupo oues suas raptas. Lupus iquit alter: hoho mala ea bestia est & absq; fide: cauebis ab ea. Non enim sanctum Antonium tantũ sed ipsum christum si posset falleret. Stultum est nihil fidere quorum exercitium in fraudando consumitur.

¶ De mirabili confitenti & confessore reciproca pro satisfactione putanti.

QVidã seu serio seu sacerdotis ludẽdi cã ad eũ adiit asserẽs se peccata sua cõfiteri uelle iussus dicere q̃ meminerat: ait nescio qd se ab altero clam furatum: sed

illum multo plus eripuiſſe ſibi: tum ſacerdos alterꝫ inquit pro altero computetᷣ qm̃ pares in facto eſtis: addidit etiã ſe alium quempiã uerberaſſe: & ſe quoqꝫ ab eo uapulatum: eo mõ ſacerdos parẽ fuiſſe culpã & penã dixit plura ſimili mõ cũ retuliſſet ſemꝑ ſacerdos alterꝫ pro altero cõpenſandũ reſpondebat: tum ille reſtat nunc peccatũ inquit igens qđ dicere uereor atqꝫ erubeſco: tibi præſertim ad quẽ maxime ſpectat: cũ hortaretᷣ eum ſacerdos ad deponendã uerecundiã & libere profitendum crimen diutius recuſaſſet: tandẽ motus exhortãtis ſacerdotis uerbis. Ego inqt ſororẽ tuã cognoui: tum ſacerdos: & ego matrẽ tuam ait ſæpe futiui: ita ut de reliqs alterũ alterius culpã luat: ita paritas criminũ peccatorem abſoluit.

¶ Duorꝫ florentinorꝫ adoleſcentiũ dicta ſale reſperſa.

ADoleſcens qſpiã Florẽtiæ deferebat ad arni fluuiũ retia qbus lauantᷣ lane huic obuius dicax pueri ridendi illius gr̃a: ad qđ cũ iſtuc rete ꝑgis aucupiũ inqt tũ ille ad exitũ lupanaris uado: ut extẽſo ibi reti capiã matrẽ: tuã eueſtigio alter heus tu inqt pulſa locaui diligẽtius: nã & ibi quoqꝫ reperies tuam: duo eodem ſale reſparſa dicta.

¶ Adoleſcẽtis confuſio ſuꝑ mẽſam mingẽtis in conuiuio.

NObilis in Vngaria adoleſcẽs a quodã nobiliore quo cũ ſibi affinitas erat ad prãdiũ uocatus acceſſit cũ famulis eqſter cũ abeſſet lõgius. Cũ ex æquo deſcẽdiſſet uiri mulieresqꝫ obuiã prodeunt: adoleſcentẽqꝫ eueſtigio & hora erat tardiuſcula ad tricliniũ conuiuio paratũ deducũt: lotis deinde ſtatim manibus in menſa inter duas formoſas adoleſcentulas hoſpitis filias adoleſcens collocatᷣ: qui emittende urine cupiditate præ pudore tacita: neqꝫ ulla data diuertẽdi facultate inter ædendum mingendi cruciatu: ita uexabatur: ut ciborum cogeretᷣ obliuiſci: cũ oẽs ſuſpẽſum aĩ remiſſioreqꝫ in ſumẽdo cibo uiderent: adhortarentᷣ ad ædendum ille dolore motus dextra manu ſubtus menſam poſita priapum occulte exertũ in alterã ocrearũ mingendi gratia demiſit. Adoleſcentula dextre

proxima: heus ede alacriter inquiens: brachiumq́ subito apprehendens manum extulit supra mensam uirilia tenentē ac mingentē ex quo urina mensa respersa est: ad tam insolitū spectaculum risere oēs adolescente admodū uerecundia perfuso.

¶ Callida consilia fœmine in facinore dephense.

MVlier prope Florentiā publici hospitis uxor admodū liberalis cum quodā cuius usu tenebat cubabat in lecto. Accessit interim de īprouiso & alter: idē qd prior facturus: quē p̄sentiens scalas ascendentē mulier atq́ obuiā facta: acriter eum iurgare & ulteriore aditu arcere cœpit: asserēs non esse tēpus quo ei satisfieri posset rogansq́ ut euestigio abiret renitendo altercanoq́ cū aliquā diu tp̄s tereret supueniēs uir: quid sibi ea uellet concertatio quæsiuit: fœmina ad fallendū ꝓmpta: hic inqt iterato aīo uult supius īgredi ad uulnerādū quēdā q in domū cōfugit: quē adhuc cōtinui ne tm̄ facinus hic patraret ille q latebat his auditis uerbis sumpto aīo cœpit minari se ulturū iniuriā dictitans. Alter iteꝝ priori uim & minas intētare se simulabat. Vir stultus q̄sita cā dissensiōis onus rei cōponēde suscepit & cū ambobus una collocatus pacē cōposuit soluēs ēt de suo uinū ut uxoris adulterio adderet iacturā potus callida sūt ꝑfecto fœmine cōsilia in facinore depræhense.

¶ De mortuo uiuo ad sepulchrum deducto loquente & risum mouente.

ERat Florentiæ stultus cognomine nigniaca haud niniū īsaniēs & satis iocūdus. Iuuenes qdam faceti ioci grā cū uellent ei p̄suadere illū grauiter egrotare re cōposita exeūti mane domo unus obuiā fit petēs nunqd ei mali cū facie eēt īmutata & pallida cōtigisset: nequaq̄ rn̄dit stultus. Cū paulū ꝓcessisset longius alius ex cōposito rogauit an teneretur febri cū macra esset facie & ægritudinē ostentante: cœpit ad dubitare stultus uerū qd dicebatur credens: cum ꝓdiret timidus lento passu territus ut cōstitutū erat cōspecto illo: uultus ait tuus indicat te febri ualida torqueri & grauē morbum

esse:timuit ille magis & repsso pede cogitabundus aio pendebat an febricitaret. Tū supueniens q̄rtus grauissime illū infirmari affirmauit:mirariq; se dixit non illū in lecto esse: suasitq; ut domū euestigio rediret:seq; sociū obtulit ut fratrē curatur̄. Retrocessit stultus tanq̄ magna grauatus infirmitate: & lectulum ingressus expiranti similis uidebat̄. Cæteri socii euestigio domū ꝓdeunt dicētes recte:illū qui se in lecto collocasset fecisse:paulopost superuenit qdā q se medicū ꝓfitebat̄ & tacto pulsu testatus est egrū paulopost ex eo morbo pᵉiturū: deinde circūstātes lectū oēs dicētes alter alteri:iā iste incipit mori: iā pedes frigescūt:lingua balbutit:& caligāt oculi:statiq; expirabit inqunt:claudamus igit̄ oculos:& cōponamus manus: & ad sepeliēdū feramus::& o q̄ magna iactura in istius obitu facta ē:bonus.n.& amicus nr̄:& seinuicē cōsolabant̄:stultus ut defunctus nihil locutus:psuaserat sibi se mortuum esse posito in feretro cū illi p urbē portarēt: petētibus cæteris quidnā rei eēt se nigniacā ad sepulchrū ferre mortuū dicebāt. Interpetendum multi ad ludū cōcurrebāt:cū oēs nigniacā mortuū ad sepulturā deferre dicerēt. Vnus ex tabernariis o q̄ mala bestia fuit:& fur pessimus ait:dignus certe suspēdi laqueo. Tū stultus cū hæc audisset erecto capite si uiuus eēm sicut sum mortuus inquit dicerē furcifer te per gulā mentiri: qui eum portabant aborto risu maximo hoīem in feretro reliquere.

¶De dubio zophismate.

DIsserebant ambulātes socii duo:utra maior eēt uoluptas coitus ne an uētris secessus: cōspecta muliere: q̄ cōgressum hoīum haud aspernata fuerat: pcūctemur hāc alter ait utrāq; rē expertā:minime inqt hæc est idonea alter ad hāc rē iudicandā:multo enī sæpius futuit q̄ cacauit.

¶De molendinario ab uxore decepto & quinq; ouis refecto.

ADiciet̄ supioribus cōfabulatio Mātue īter oēs nota. Est iuxta urbis pontē mola:cuius magister cornicula dicebat̄. Is in ponte post cenā: & estas erat sedens

trāseūtē puellā rusticanā etate matura ueluti errabōdā cōspicatus hortat᷑ cū hora eēt tarda & sol in occasum uergeret ut apud uxorē diuerteret. Cum ānuisset illa accito famulo duci eam ad uxorē iubet dariq; cenam & in certo cubiculo locari: remisso famulo cō intelligeret uxor uirū ad adolescentulā adiecisse aīum adolescētula in suo lecto collocata: ipsa in idē cubiculū dormitum ꝓficisci᷑. Vir de industria ad multā noctē cum uigilasset: existimās dormitare uxorē clā domū reuersus cubiculū ingreditur ignarusq; doli: uxorem tacitus tacitū subagitauit: egressus quod egerat dixit famulo ipm ad idē certamen cohortatus ipse pr̄oni uxoré cognouit. Cornicula ad solitū cubiculū diuertens lectū silens intrauit: ne uxor ut putabat excitare᷑: mane q̄ primum surgēs tacitus abiit: existimās se puellā cognouisse: hora deīde prādii cū redisset ad domū: uxor in primis sibi qnq; recentia oua ad sorbendū dedit: admiratus uir: rei nouitatē cū qd id sibi uellet pcuntare᷑: illa uultu hilari pro numero miliarium: q̄ ea nocte cōfecerat totidē oua sibi offerre inqt sensit ille se suo laqueo captū ac simulās ab se solo uxorē tam: oua sumpsit accidit plerūq; ut suomet dolo castigentur improbi.

¶ Pulchrum dictum pulchritudinem mentiens.

IBant p uiā florentie colloquēte socii duo quoꝝ unus erat oblongus & corpulentus ac facie subnigra. Is cōspecta adolescentula cū matre ambulāte: hec īquit iocandi gr̄a iuuencula formosa est admodum ac uenusta: illa ad hec uerba insolentior facta nequaq̄ hoc de uobis dici posset respondit: īmo recte inquit alter siqs ꝓut ego feci uellet mentiri.

¶ Facetum mulieris responsum sed parum honestum.

NArrauit mihi qdā mihi familiaris hispanus dictū mulieris salsum qđ mihi uisum nr̄is cōfabulatiōibus adiiciendū: duxerat uiduā in uxorē uir qdam etate prouectior: qui cū prima nocte dum mr̄imonio fungere᷑ percipiens uxoris cellā uberiorē q̄ putarat: mea uxor inquit hec tua curia amplior est numero gregis mei. Tum mulier hoc īquit tua cul-

pa accidit. Nam uir meus q̄ obiit misereat̃ deus aĩe ſue: ita hãc adimplebat curiã ut edi ꝑſepe extra tabulata pro loci anguſtia ꝓſilire cogerent̃. Reſponſum ſalis plenum & uenuſtatis.

¶De dentibus caſum minantibus ſimilitudo obſcena.

EPiſcopus mihi notus ſenior querebat̃ quoſdã dentes ſibi cecidiſſe: quoſdã ita labare ut eorꝫ caſum timeret tum unus ex familia ne timeatis inquit dentiũ caſum petenti cãm ep̃o quia teſticuli mei reſpondit iam. xl. annis pepẽderunt caſuro ſimiles & tamen nunq̃ ceciderunt.

VIſum eſt mihi eũ quoqꝫ noſtris confabulationibus locum adiicere ĩ quo plures earꝫ tanq̃ ĩ cena recitate ſũt. Is eſt bugiale noſtrꝫ hoc eſt mẽdaciorꝫ ueluti officina quedam olim a ſecretariis inſtitutum iocandi gratia. Conſueuimus enim a Martini pontificis uſqꝫ tempore quendam eligere in ſecretiori aula locum in quo & noua referebant̃ & uariis de rebus tum laxandi ut plurimum animi cauſa: tũ ſerio quãdoqꝫ colloquebamur. Ibi parcebatur nemini ĩ laceſſendo ea que nõ probabãtur nobis ab ipſo perſepe pontifice initium reprehenſionis ſumpto: quo fiebat ut plures eo conuenirẽt ueriti ne ab eis ordirent̃. Erat in eo princeps fabulator razellus bononien. cuius nonnulla in confabulationes coniecimus. Antonius itẽ luſcus: qui ſepius in ſeritur uir admodum facetus. Cinciuſque Romanus & ipſe iocis deditus. Nos quoqꝫ plura e noſtris addidimus nõ inſulſa. Hodie cum illi diem ſuum obierint deſiit bugiale: tum temporum tum hominũ culpa omniſqꝫ iocandi confabulandiqꝫ conſuetudo ſublata.

¶Finis.

¶Pogii florẽtini ſecretarii apoſtolici Facetiarum liber abſolutus eſt fœliciter. ¶Impreſſum Venetiis Anno domini. M. D. XII. Die. xx. Marzii.

p̃ pra

ꝓ pro

ꝑ per

t᷑ tur

q̄ quam quan

qd̄ quod

ꝝ rum

